do mus. Dicit tibi ma gi ſter. Vbi eſt diuer-


ſorium,



ſo rium, vbi paſcha cum diſcipulis meis man-



ducem? Et ipſe vobis oſtendet cœnaculum



magnum ſtra tum, & ibi pa ra te.


C. Euntes autē inuenerunt ſicut dixit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Et cū facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cū eo, & ait illis:



✠ De ſi de rio deſidera ui, hoc Paſcha mandu-



care vobiſcum antequam pa ti ar. Dico enim vo-




bis, quia ex hoc nō māducabo il lud donec




C. Et accepto calice gratias egit, & dixit:

impleatur in regno De i.

 ✠ Acci-



✠ Accipite & diui dite inter vos. Dico enim




vo bis, quod non bibam de genera ti-



one vi tis, donec regnum Dei ve niat.

C. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens:




✠ Hoc eſt corpus me um, quod pro vobis da tur:




Hoc fa cite in meam cõmemora ti o nem.

C. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens:




✠ Hic calix nouum teſtamentum eſt in ſan-




guine me o, qui pro vobis effundetur.

Verun-



Veruntamen ecce manus traden tis me, mecum



eſt in men ſa. Et quidem filius ho minis



ſecundum quod definitum eſt,va dit. Verun-




tamen væ homini il li: per quem tra-




C.Et ipſi cœperunt quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſ-

de tur. ſet, facta eſt autem, & conten-tio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior: Dixit autem eis:



✠ Reges gentium dominantur eo rum,& qui pote-



ſtatem habent ſuper eos, benefici vo can tur.



Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt in vo-
bis fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt ſicut
mini ſtra tor. Nam quis maior e ſt qui recum-
bit an qui mini ſtrat? Non ne qui
re cum bit? Ego autem in medio veſtrum
ſu m, ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis qui
permanſiſtis mecum in tentationibus me is, &

ego


ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater
meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper men-
ſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thro-
nos iudicantes duodecim tribus Iſra el. C. Ait au-
tem Dominus Simoni. ✠ Simon, Ecce Satha-
nas expetiuit vos, vt cribra ret, ſicut triticum.
Ego autem roga ui pro te, vt non deficiat fides


tu a. Et tu aliquando conuer ſus,cõfirma fratres
tu os. C. Qui dixit ei. S. Domine
te cum paratus ſum,& in carcerem,& in mortem i-
re. C.Et ille dixit. ✠ Dico tibi Pe tre,non canta-
bit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me.
C. Et dixit eis. ✠ Quando miſi vos ſine ſacculo,
& pera, & calciamen tis,nunquid aliquid defuit
vobis?



vo bis? C. At illi dixerunt. S. Nihil. C. Dixit
ergo eis. ✠ Sed nũc qui habet ſacculum tollat ſimili-
ter, & pe ram, & qui non habet vendat tunicam ſu-
am, & emat gla dium. Dico enim vo bis, quo-
niam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri
in me. Et cum iniquis, deputa tus eſt. Et enim
ea quæ ſunt de me, finem ha bent. C. At




illi dixerunt. S. Domine ecce gladij duo hic.



C. At ille dixit eis. ✠ Sa tis e ſt.
C. Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem, in montem Oliuarũ. Secuti ſunt autem illum, & diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locum, dixit illis:



✠ Ora te, ne intretis in tentati o nem. C. Et ipſe auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis. Et poſitis genibus orabat, dicens:



✠ Pa ter, ſi vis transfer calicem iſtum à me. Ve-



runtamen non mea voluntas, ſed tua ſi at.
C. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia. Et ait illis.

✠ Quid




✠ Qu id dormi tis? Surgite ora te, ne



intretis in tenta ti o nem.

C. Adhuc eo loquēte, ecce turba & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos. Et appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi:



✠ Iu da, oſculo filium hominis tra dis?

C. Vidētes autem hi qui circa ipſum erant quod futurū erat, dixerunt ei:



S. Domine ſi percutimus in gladi o. C. Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus ait:




✠ Si ni te vſque huc?

C. Et cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe principes Sacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores.



✠ Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs, & fu-



ſti bus, cum quotidie vobiſcum fuerim in templo,




& non extendiſtis ma nus in me. Sed hæc eſt ho-




ra ve ſtra, & poteſtas tenebra rum.

C. Comprehendentes autem Ieſum, duxerunt ad domum principis ſacerdotum. Petrus vero ſequebatur eum à longè. Accenſo autem igne in medio atrij, & circunſedentibus illis erat Petrus in medio eorũ. Quem cum vidiſſet ancilla quædã ſedentem ad lumen, & cum fuiſſet intuita, dixit:



S. Et hic cum illo e rat. C. At ille negauit,



dicens. S. Mulier non noui il lum.

C. Et poſt puſillum alius eum videns dixit:

S. Et




S. Et tu de illis es. C. Petrus verò




C. Et interuallo fa-ɛto quaſi horæ vnius, alius quidam affir-mabat, dicens:


ait. S. O homo non ſum.




S. Verè & hic cum illo erat, nam & Ga li læus eſt.




C. Et ait Petrus. S. Homo neſcio, quid di cis?
C. Et continuò adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum.




Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut



di xerat, quia priuſquam gallus cantet, ter



me ne ga bis. Et egreſ ſus ſo-
ras




ras Pe trus fle uit ama rè.

Et viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei cędentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes:



S. Prophe ti za, quis eſt qui te percuſ ſit?


C. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & principes ſacerdotũ, & ſcribæ, & duxerunt eum in concilium ſuum, dicentes:




S. Si tu es Chriſtus dic no bis. C. Et ait illis. ✠ Si vo-



bis di xero, non credetis mi hi. Si autem &



interroga ue ro, non reſpondebitis mi hi, neque



di mit te tis. Ex hoc autem erit filius hominis


ſedens



ſe dens à dextris virtutis De i. C. Dixe-




runt autem omnes. S. Tu ergo es filius




De i? C. Qui ait. ✠ Vos di citis, quia



ego ſum. C. At illi dixerunt. S. Quid adhuc




deſideramus teſti mo nium? Ipſi enim




au di ui mus de ore e ius.

C. Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum, cœperunt autem accuſare illum dicentes:




S. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram

& pro-




& prohibentem tributa dari Cæ ſa ri,




& dicentem ſe Chriſtum Regem eſ ſe.

C.Pilatus autem interrogauit eum dicens:



S. Tu es Rex Iudæo rum? C. At ille




Reſpondens ait. ✠ Tu di cis.

S. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum, & turbas.




S. Nihil inuenio cau ſæ in hoc ho mine.

C. At illi in-
ualeſce-
dicentes:




S. Commouit populum docẽs per vniuerſam




Iu dæ am, incipiens à Ga li læa vſq; huc.

Pilatus

C. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſilymis erat illis diebus: Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre illum: eo quod audierat multa de illo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis ſermonibus: at ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ, conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo. Et illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum: & facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die, nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis princibus ſacerdotum & magiſtratibus & plebe dixit ad illos:




S. Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auerten-




tem populum, & ecce ego coram vobis in-




terrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto



ex his in quibus eum accuſa tis, ſed neq; Hero des.




Nam remiſi vos ad il lum. Et ecce nihil dignum




morte actũ eſt e i. Emendatũ ergo illũ dimit tam.
C. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtũ vnum.
Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens:




S. Tolle hunc, & di mit te nobis Bar ra bam.
C. Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus eſt ad illos, volens dimittere Ieſum. At illi ſubclamabant dicentes.



S. Crucifige, Cru ci fi ge e um.
C. Ille autem tertio dixit ad illos:



S. Quid enim mali fecit i ſte? Nullam cauſam mortis in-



ue nio in e o, corripiam ergo illum, & dimittam.

At

C. At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum apprehẽderunt Simonem quendam Cirenenſem, veniẽtem de villa, & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit:




✠ Fi liæ Hieruſalem, nolite flere ſu per me, ſed ſuper




vos ipſas fle te, & ſuper fi lios ve ſtros. Quoniam ec-



ce veniẽt di es, in quibus dicent. Be atæ ſteriles, &



vẽtres quæ nõ genue runt, & vbera quæ nõ lacta ue-



rũt. Tunc incipient dicere mon tibus cadite ſu-



per nos, & collibus operite nos. Quia ſi in



viridi ligno hæc faciunt in arido quid ſi et?

C.Ducebantur autẽ & allij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluarię ibi crucifixerunt eum, & latrones vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem dicebat:




Pa ter dimitte il lis, non enim ſciunt



quid fa ci unt.

C.Diuidẽtes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat populus ſpectãs, & deridebãt eum principes cũ eis dicentes:



S. Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum fa ci at, ſi hic



eſt Chriſtus Dei e le ctus.


C.Illudebant autem ei, & milites, accedentes, & acetum offerentes illi, & dicentes.

S.Si




S. Si tu es Rex Iudæo rum ſaluum te fac:

Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis, *Hic eſt Rex Iudæorum.* Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens:




Si tu es Chriſtus ſaluum fac temetipſum, & nos.

C. Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens:




S. Neque tu times Deum, qui in eadem dam-



natione es? & nos quidem iuſtè, nam digna




factis reci pimus. Hic vero nihil ma li



geſ ſit. C. Et di ce bat ad Ie ſum.


 S.Do-



S. Domine memento mei dum veneris in regnum




tu um. C. Et dixit illi Ieſus. ✠ Amen dico ti-



bi, hodie mecum eris in para di ſo. C. Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, vſq; in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol, & velum tẽpli ſciſſum eſt medium, & clamans Ieſus voce magna, ait:



✠ Pa ter in manus tu as, commen do



ſpi ritum me um.


C. Et hæc di cens:



expi ra uit.

Hic pauſatur aliquantulum & genuflectitur.

Videns autem Centurio, quod factum fuerat glorificauit Deum, dicens:



Verè hic homo iuſtus e rat.

C. Et

C. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud,& videbant quæ fiebant percutiẽtes pectora ſua,reuerte bãtur. Stabant autẽ omnes noti eius à longè,& mulieres quæ ſecutæ erant eum à Galilæa. Hæc videntes. *Euangelium.*


Et ecce vir nomine Ioſeph,qui erat decurio, vir bonus, & iuſtus: hic nõ cõſenſerat cõſilio & actibus eorũ,ab Arimathæa ciuitate Iudææ q expectabat,& ipſe regnũ Dei. Hic acceſſit ad Pilatũ,& petijt corpus Ieſu,& depoſitũ inuoluit ſindone,&poſuit eũ in monumẽto exciſo, in quo nõdũ qſquã poſitꝰ fuerat.

FERIA V. IN COENA DOMINI.


AD *Matutinum, in* j. *Noct.* ℣. Auertantur retrorſum,& erubeſcant. ℟. Qui cogitant mihi mala. *Prima Lamentatio.*




Inci pit Lamentatio Hieremiæ Pro phe tæ.



Aleph. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena



populo,facta eſt quaſi vidua domina gentium,



princeps prouincia rum facta eſt ſub tri bu to.

 Beth.


Beth. Plorans plorauit in no cte, &
lachrymæ eius in maxil lis e ius. Non eſt qui con-
ſole tur e am: ex omnibus cha ris e ius.
Omnes amici eius ſpreuerunt e am, & facti ſunt
ci i ni mi ci. Gimel. Mi-
gra uit Iudas propter afflictio nem, & multitudinem
ſerui-


ſeruitu tis. Habi tauit inter gen tes, nec inue-
nit requiem. Omnes perſecutores eius apprehen-
derunt e am in ter an gu ſti as.
Da leth. Viæ Sion lu gent, eo quod non
ſint qui veniant ad ſolemnita tem:
Omnes portæ eius deſtru ctæ: ſacerdotes



eius gemen tes, virgi nes eius ſcali dæ,
& ipſa op preſ ſa ama ri tu di ne.
He. Facti ſunt hoſtes eius in ca-
pi te inimici eius locupletati ſunt: quia Do-
minus locutus eſt ſuper e am, propter
multitudinem iniqui ta tum e ius,
par-


paruu li eius ducti ſunt in cap ti uita tem
ante faciem tri bu lan tis. Hieru-
ſalem, Hie ruſa lem, conuertere ad Do-
minum De um tu . um.
Secunda Lamentatio.
Va u. Et egreſſus eſt à filia
Sion omnis decor e ius. Facti ſunt


prin-


prin cipes e ius velut arietes , non inue-
nien tes Paſ cua: Et a bierunt abſque
fortitu di ne, ante faciem ſubſequen-
tis. *Za in.* Re cordata eſt
Hieruſalem, dierum afflicti o nis ſu æ, &
præ ua ri ca tio nis omnium deſiderabilium


ſuo-




ſu o rum , quæ habuerat à diebus




antiquis, cum caderet populus eius in manu




ho ſti li, & non eſſet auxili a tor. Viderunt




eam ho ſtes,& deriſerunt Sabbatha e ius.




He th. Pecca tum peccauit Hieruſa lem,




propterea inſtabi lis fa cta eſt. Omnes qui
glori-




glorificabant eam, ſpreuerunt il lam , quia vi-




derunt ignominiam e ius.Ipſa autem ge-



mens conuerſa eſt retror ſum. *Teth.*



Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis



ſu i.Depo ſita eſt vehemen ter,non



habens conſolato rem. Vide Domine affli-

ctionem.



TERTIA LAMENTATIO.




gentes


gen tes ingreſſus ſanctuarium ſu um;
de quibus præce peras ne intrarent in
Eccle ſi am tu am. Ca-
ph. Omnis populus eius ge-
mens, & quærens pa nem dederunt pre-
tio ſa quæque pro ci bo ad re-


foci-



focilandam a nimam. Vide Domine &
conſi de ra quoniam fa cta ſum vi lis.
La med. O vos om-
nes qui tranſitis per vi am at-
tendi te, & vi de te, ſi eſt do-
lor ſi cut dolor me us. Quoniam

H vinde-



vindemi a uit me , vt locutus
eſt Dominus in die iræ fu ro ris
ſu i. *Me* *m.*
De ex cel ſo miſit ignem in oſſi bus
me is, & eru di uit me. Expandit
re te pedibus me is : conuertit me

retror-



re tror ſum: po ſuit me de ſo la-
tam tota die mœro re conſe ctam. *Nu-*
n. Vi gi la uit iugum
iniquitatum me a rum, in ma nibus eius con-
uolu tæ ſunt, & impoſitæ collo me-
o. Infirmata eſt virtus me a




de dit me Dominus in ma-



nu de qua non po tero ſur-




gere. Hieruſalem, Hieruſale m conuerte-



re ad Dominum De um tu um.


IN LAVDIBVS. ℣. Homo pacis meæ, in quo ſperaui. ℟. Qui edebat panes meos ampliauit aduerſum me ſupplantationem.

Ad Benedictus, *Antiphona.*




TRa di tor au tem de dit eis ſignum dicens, quem



quem oſculatus ſu e ro ip ſe eſt , tene te
eum. *Pſal.* Benedi ctus. *Antiph.* Chri ſtus
fa ctus eſt pro no bis obe-
di ens vſque ad mor tem.
Secunda die.
Mor tem autem Cruci-
s.
Tertia die.
℣. Propter quod &



De us exaltauit illum, & de dit il-




li nomen, quod eſt ſuper om ne



no men.

FERIA V. AD MANDATVM.

Hora competenti, facto ſigno cum tabula conueniunt fratres ad faciendum Mandatum, & cantato Euangelio à Diacono, maior abluit pedes minoribus, tergit & oſculatur: & interim hæc cantantur, pro diſpoſitione cantoris. *Antiphona.*



MAndatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem



ſicut dilexi vos, dicit Dominus. ℣. Bea ti immacu-



lati in vi a, qui ambulant in lege Domini. *Aña.*
Mandatũ. ℣. Domine tu mi hi lauas pedes?
Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Et ſi non lauero ti-
bi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Venit
ergo ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus.
Aña. Domi ne. ℣. Quod ego facio, tu neſcis




modo, ſcies autem poſtea. *Antiph.* Dñe.




℣. Domine non tantum pedes meos, ſed &




manus & caput. *Aña.* Dñe. Vbi chari tas



& amor, Deus ibi eſt. ℣. Congregauit




nos in vnum Chriſti amor. Exultemus,




& in ip ſo iucundemur. ℣. Timeamus, &

ame-


a me mus Deum viuum, ℣. Et ex corde
diligamus nos ſin ce ro. ℣. Vbi cha.
℣. Qui non ha bet chari ta tem, nihil habet.
℣. Et in tenebris, & vmbra mortis manet.
℣. Nos alte ru trum ame mus, & in die.
℣. Sicut de cet ambulemus lucis pro les.



℣. Vbi cha. ℣. Clamat Dominus, & di cit , clara



voce. ℣. Vbi fu erint in vnum congregati. Vbi.

Poſt lotionem, qui alijs abluit pedes capite detecto dicit: Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Tu mandaſti mandata tua Domine. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu lauaſti pedes diſcipulorum tuorum. ℟. Opera manuum tuarum Domine ne deſpicias. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Adeſto Domine quæſumus officio ſeruitutis noſtræ, & qui tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandaſti, vt ſicut hic nobis, & à nobis abluuntur inquinamenta, ſic à te omnium noſtrorũ interiora lauentur peccata, quod ipſe præſtare digneris. Qui viuis & regnas Deus. Per. ℟. Amen.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Ad Matutinum, in primo Nocturno. ℣. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. ℟. Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.



De Lamentatio ne Hieremi æ Prophetæ.


phe tæ. *He* *th.* Co-
gi ta uit Dominus diſſipare murum filiæ
Si on,tetendit fu ni cu lum ſu um,
& non auertit manum ſuam à
per di ti o ne, lu xit que
an te mu ra læ, & murus pa ri ter
diſſi-


diſſi pa tus e ſt. *Te-*
th. Defixæ ſunt in terra portæ eius : per-
di dit, & con tri uit ve ctes e ius : re-
gem eius, & principes eius in ge n-
ti bus. Non eſt lex,& Prophe tæ eius non inue-
ne runt viſio nem à Do mi no.

Iod.


Io *d.* Sederunt in terra, conticue-
runt ſenes filiæ Si on: conſperſerunt
ci ne re capita ſu a, accincti ſunt ci li-
ci js, abiecerunt in terra capita
ſua virgines Iu da. *Ca-*
ph. Defecerunt præ lacrymis o cu li
mei


mei: conturbata ſunt viſcera mea : effu ſum eſt in ter-
ra iecur me um ſuper contritionem filiæ po-
puli mei, cum deficeret paruulus, & lactens
in plateis op pi di. Hieruſalem,
Hie ru ſa lem, conuer te re ad Domi-
num De um tu um.

SECVN-

SECVNDA LAMENTATIO.




Cui


Cui compa ra bo te, vel cui aſſimi la bo te
fi li a Hieruſa lem? cui exæqua bo te,
& conſo la bor te virgo fi li a
Si on? magna eſt e nim velut mare con-
tri ti o tu a, quis me de bitur tu i.
Nu *u.* Prophe tæ tui viderunt
tibi


tibi falſa, & ſtul ta, nec aperiebant ini-
quitatem tu am, vt te ad pœnitentiam pro-
uoca rent. Viderunt autem ti bi
aſſumptiones fa lſas, & eiecti o nes.
Sa me ch. Plauſerunt ſuper
te manibus omnes tranſeuntes per vi am, ſibi-



TERTIA LAMENTATIO.





paupertatem me am, in virga indignationis
e ius. *A le ph.* Me mi-
nauit, & adduxit in tenebras, & non in lu-
cem. *A le ph.* Tantum in me
vertit, & conuertit manum ſu am tota
di e. *Be th.* Vetuſtam fecit



pellem me am, & carnem meam, contriuit
oſſa me a. *Be th.*
AEdi fi ca uit in gyro me o, & cir-
cundedit me felle, & labo re.
Be th. In tenebroſis collo-
ca uit me, quaſi mortuos ſempiter nos.

Gimel.



Gime l. Cir cumædificauit ad-
uerſum me, vt non egre diar: aggrauauit compedem
me um. Gime l. Sed &
cum clamauero, & rogauero, excluſit orationem
me am. Gi me l. Con-
cluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas



meas ſubuer tit. Hieruſalem, Hieruſa-




le m, conuertere ad Dominum Deum tu-




um.


In Laudibus. ℣. Collocauit me in obſcuris. ℟. Sicut mortuos ſæculi. *Ad* Benedictus, *Añæ.*



Po ſue runt ſuper caput eius cauſam



ipſius ſcri ptam, IESVS NAZARENVS




REX IVDAEORVM. Benedi ctus.

Poſtea Antiphona. Chriſtus factus eſt. *fol.* 117.



PA ſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecun-



dum Ioannem. In illo tempore:

C. Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortē, & à pontificibus & phariſæis miniſtros, venit illuc cū laternis, & facibus, & armis. Ieſus itaq; ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum proceſſit, & dixit eis:




✠ Quem quæri tis? C. Reſponderunt ei. S. Ieſum



Naza re num. C. Dixit eis Ieſus. ✠ Ego ſum.

C. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis: Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos.




✠ Quem quæ ri tis? Illi autem dixerunt.



S. Ieſum Nazaræ num. C. Reſpõdit eis Ieſus.



✠ Dixi vo bis, quia ego ſum. Si ergo me quæri-



tis, ſi ni te hos abi re.


C. Vt impleretur ſermo quẽ dixit. Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquã. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit ſeruum Pontificis, & abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro:



✠ Mitte gladium tu um in va gi nam. Ca-



licem quem dedit mihi Pa ter, non vis




vt bibam il lum?

C. Cohors ergo, & tribun⁹, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eũ, & adduxerũt eum ad Annam primùm. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Põtifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus

autem

autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pōtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria:




S. Nunquid & tu ex diſcipu lis es, hominis i-




ſti us? Dicit ille. S. Non ſum.


C. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus.



✠ Ego palam locutus ſum mun do. E go ſem-



per do cui in Sy nagoga, & in tem-



plo quò omnes Iudæi conue niunt, & in occulto lo-



cutus ſum ni hil. Quid me interrogas?



Inter ro ga eos qui audie runt, quid lo-



cutus ſum ip ſis. Ecce hi ſciunt, quid




di xe rim e go?

C. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtẽs miniſtrorũ dedit alapam Ieſu, dicens:



S. Sic reſpondes Pontifi ci? C. Reſpondit ei Ieſus.




✠ Si male locutus ſum teſtimonium perhibe



de ma lo. Si autem be ne, quid me cæ dis?

C. Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: S. Nun-



S.Nunquid & tu ex diſcipulis eius es?

C. Negauit ille,& dixit:




S. Non ſum.

Dicit ei vnus ex ſeruis Pōtificis cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam.



S. Nonne ego te vidi in horto cum il lo?

C.Iterū ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit. Adducūt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem manè, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur. Sed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit:




S.Quā accuſationē affertis aduerſus hominē hunc?

C.Reſpōderūt, & dixerunt ei:




S. Si nō eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus e um.

C. Dixit ergo eis Pilatus.




S. Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtram iudi-







C. Vt ſermo Ieſu implere-tur, quē dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium, & vocauit Ieſum & dixit:













pondit


pondit Ieſus. ✠ Regnum me um non eſt
de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum
me um miniſtri mei vtique decerta rent, vt
non traderer Iu dæ is. Nunc autem regnum
mẽ um non eſt hinc. C. Dixit itaque
Pilatus. Ergo Rex es tu? C. Reſpondit Ieſus.
✠ Tu di cis, quia Rex ſum ego. Ego

in




in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum,



vt teſti nonium perhibeam veri ta ti. Omnis




qui eſt ex verita te, audit vocem me am.




C. Dicit ei Pilatus. S. Quid eſt ve ri tas.


C.Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis:



S.Ego nullam inuenio in eo cau ſam.Eſt autem con-



ſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha.



Vultis ergo dimittam vobis Regem Iu dæo rum.

C.Clamauerunt rurſum omnes dicentes.

S.Non



S. Non hunc ſed Bar ra bam.

C.Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit, & milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederũt eum, & veniebant ad eum, & dicebant:



S. Aue Rex Iu dæ o rum.

C.Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis:



S.Ecce adduco eum vobis fo ras, vt cognoſcatis, quia




in eo nullam cauſam inue ni o.

C.Exiuit Ergo Ieſus portãs ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum. Et dixit eis Pilatus:




C.Cum ergo vidiſſent eum pontifi ces & miniſtri clamabãt, dicentes:

C.Ecce ho mo.



S.Cru ci fi ge, cru ci fi ge e um.


C.Di-



C. Dicit eis Pila tus. S. Accipite eum vos, & cru-



ci fi gi te. Ego enim non inuenio in



co cau ſam. C. Reſponderunt ei Iudæi.



S. Nos legem habemus, & ſecundum legem




debet mori, quia filium Dei ſe fe cit.

C. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit, & ingreſſus eſt prætorium iterum, & dicit ad Ieſum.




C. Ieſus autem non dedit ei reſponſum. Dixit ergo ei Pilatus:

S. Vnde es tu?



S. Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem


habeo



habeo crucifigere te, & poteſtatem ha beo di-



mittere te? C.Reſpondit ei Ieſus. ✠ Non haberes



poteſtatem aduerſum me vl lam, niſi



tibi datum eſſet deſu per. Prop te re a qui




me tradidit ti bi maius peccatum ha bet.

C. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes:




S. Si hunc dimit tis non es amicus Cæ ſaris. Om-




nis enim qui ſe regem fa cit contradicit Cæ ſari.


C.Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum,& ſedit pro tribunali,in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabatha . Erat autem Paraſceue Paſchæ , hora quaſi ſexta,& dixit Iudæis:




S.Ecce Rex ve ſter. C. Illi autem clamabant. S.Tolle,



tolle, Crucifige e um. C. Dixit' eis Pilatus.



S.Regem veſtrum crucifigam? C. Reſponderunt ponti-




fices. S. Non habemus regem, niſi Cæ ſarem.

C.Tunc ergo tradidit eis illum , vt crucifigeretur. Suſceperũt autem Ieſum,& eduxerũt eũ, & baiulans ſibi crucẽ,exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum,Hæbraicè autem Golgotha,vbi eum crucifixerunt.Et cum eo alios duos hinc,& hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus , & poſuit ſuper crucem.Erat autẽ ſcriptum , IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus . Et erat ſcriptum Hæbraicè , Græcè , & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum:


S.Noli




S.Noli ſcribere rex Iudæorũ,ſed quia ipſe dixit: Rex ſum



Iudæorum. C.Reſpõdit Pilatus.S.Quod ſcripſi,ſcripſi.
C.Milites ergo cũ crucifixiſſẽt eũ,acceperũt veſtimẽta eiꝰ (&fecerũt quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ) & tunicã. Erat autẽ tunica incõſutilis đſuꝑ cõtexta ꝑ totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ



S.Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.
C.Vt ſcriptura impleretur dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi,& in veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Et milites quidẽ hæc fecerunt. Stabãt autem iuxta crucẽ Ieſu mater eius,& ſoror matris eius, Maria Cleophæ,& Maria Magdalenæ. Cũ vidiſſet ergo Ieſus matrẽ,& diſcipulũ ſtantẽ quẽ diligebat, dicit matri ſuæ.



✠ Mu lier,ecce fi li us tu us.

C.Dein de dicit diſcipu- lo.



✠ Ec- ce mater tua.



C. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſua. Poſtea ſciẽs Ieſꝰ qa iã oĩa cõſũmata ſũt, vt cõſumaret̃ ſcriptura,dicit: ✠ Sitio.




C. Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum,dixit:



C. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

Hic pauſatur aliquantulum & genuflectitur.

C. Iudæi ergo quoniam Pareſceue erat, vt non remanerent in Cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit. Et verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in




Hic legitur in tono Euãgelij ſine incenſo & luminaribus, & benedictione.

Euangelium.

POſt hęc autẽ rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathęa (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ, & aloës, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter Paraſceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Feria

Feria ſexta ad Adorationem Crucis ſolus ſacerdos cantat, vt in Miſſale, & hic habetur.



Dehinc adiuuatur à mi niſtris.


Miniſtri.




Totus chorus proſternens ſe dicat.



Poſtea cantantur improperia, & alia quæ ſequuntur totaliter, vel in parte, prout multitudo adorantium, vel paucitas requirit: hoc modo duo fratres cantant in medio chori.






℣. Qui a e du xi te de terra AEgypti,
pa ra ſti crucem Saluato ri tu o.
Chorus ex parte hebdomadarij cantat.
Agi os o the os.
Alius chorus reſpondet.
Sanctus De us.
Item chorus primus.
Agi os Yſchiro s.
Secundus chorus.
Sanctus for tis.
Item primus chorus.
Agi-
os


o s athanato s ele i ſon i-
Secundus Chorus.
mas. Sanctus & im-
morta lis, mi ſe re re no bis.
Poſtea duo fratres de ſecũdo choro dicunt verſum.
Ego propter te flagellaui AE-
gyptum cum primoge ni tis ſu is, &
tu me flagel la tum tra di di ſti.




Chorus reſpondet.
Popu le.
Duo de primo choro.
Ego te eduxi
de AEgypto demerſo Pharaone in mare
Rubrum: & tu me tradidiſti principibus
ſa cerdo tum.
Chorus.
Popu.
Duo de ſecundo choro.
Ego ante te aperui ma re, & tu
aperui ſti lan cea la tus me um.

Cho-


Chorus.
Duo de primo choro.
Popu le.
Ego ante te
præi ui in columna nu bis, & tu me
duxiſti ad prætorium Pi la ti.
Chorus.
Duo de ſecũdo choro.
Popu le.
Ego te paui
manna per deſer tum, & tu me cæcidiſti ala-
pis, & flagellis,
Chorus.
Popu le.

Hymnus. Crux fidelis. *Cum verſibus hymnorũ ſequentium.* Pange lingua. Luſtris ſex. *Cum repetitionibus cantantur communiter, vel ſicut cantor diſpoſuerit.*






triumphum no bi lem: qua li ter Re dem-
ptor or bis immo la tus vicerit. Crux
fi de. De paren tis proto pla ſti fraude
factor condolens, quando pomi noxi a-
lis morſu in mor tem corruit: ip ſe
lignum tunc no ta uit damna lig ni , vt

ſol-


ſolueret. ℣. Dulce. Hoc opus noſtræ ſalu-
tis ordo depopoſcerat multi for mis pro-
di to ris ars, vt artem falleret, & me de-
lam ferret in de hoſtis vnde læſerat.
Crnx fi de. Quando venit ergo ſacri
plenitudo tempo ris, miſſus eſt ab arce

patris


pa tris natus or bis conditor : atque
ventre virgi na li caro fa ctus prodi jt.
℣. Dulce. Vagit in fans inter arcta con di tus
præ ſepi a: membra pannis inuo lu ta
virgo ma ter alligat, & ma nus pe deſque
cru ra ſtricta cin git faſcia. Crux fide lis.

Hym-

Hymnus. Luſtris ſex, *vt ſupra in proceſſione ſanctæ Crucis.* *Ad proceſsionem Hymnus.* Vexilla regis prodeunt, *vt in proceſſione S. Crucis,*

SABBATHO AD MATVTINVM.

℣. In pace in idipſum. ℟. Dormiam, & requieſcam.




Heth.


He *th.* Noui di lu culo,
multa eſt fides tu. a. *He-*
th. Pars mea Dominus dixit anima me a,
propterea expectabo e um. *Te-*
th. Bonus eſt Dominus ſperantibus in
e um, animæ quæren ti il lum.

Teth.


Te th. Bonum eſt præſtolari cum
ſilentio ſalutare De i. Te-
th. Bonum eſt viro cum porta-
uerit iu gum ab adoleſcentia ſu-
a. Io d. Sede bit ſo-
litarius, & tace bit, quia leuauit ſe-

ſuper


ſu per ſe. Io d. Po net
in puluere os ſu um ſi forte ſit
ſpe s. Io d. Da bit percu-
ti enti ſe maxil lam, ſa turabi tur
opprobri js. Hieruſa le m, Hie ru ſa-
le m, conuer te re ad Dominum


De um tu um.
ALEPH. Quomodo obſcuratum
eſt au rum, mutatus eſt co lor op-
timus: diſper ſi ſunt lapides ſanctu a-
ri j, in ca pi te omnium plate a-
rum? Beth. Fi li j Sion
in-


incly ti,& amicti, au ro pri-
mo: quo modo reputati ſunt in va ſa te ſte-
a, opus ma nuum fi guli? *Gi-*
me *l.* Sed & lamiæ nudauerũt mam-
mã, lactauerũt catulos ſu os: fi-
lia populi mei crude lis quaſi ſtruthio


in de ſe rto. *Dale th.*
Adhæſit lingua lacte ntis ad pala-
tum e ius in ſi ti par uuli peti erunt
pa nem, & non erat qui fran ge ret e-
o is. *He.* Qui veſce-
bātur voluptuo ſe, inte ri e runt

in


in vi js, qui nutriebantur in crocc-
is, amplexati ſunt ſter cora.
Væ u. Et maior effecta eſt ini-
quitas filiæ po puli me i peccato
So domo rum, quæ ſubuerſa eſt in momc-
nto, & nō cœperūt in e a ma- nus.


nus. Hieruſale m, Hieruſale m,
conuertere ad Dominum De-
um tu um.
Lectio tertia. Oratio Hieremiæ Prophetæ
Incipit o ra tio Hieremi æ Pro phe tæ.
Recordare Do mi ne quid acci de rit
no bis, intu e re, & reſpice opprobrium

no-


no ſtrum. Hære di tas noſtra verſa eſt
ad a li e nos, domus noſtræ
ad extra ne os. Pu pil li facti ſu-
mus abſq; pa tre, matres no ſtræ
qua ſi vi du æ. Aquam noſtram pecu-
ni a bi bi mus: ligna noſtra pre ti o



compara uimus. Cer ui cibus noſtris
mi na ba mur: laſſis non da ba tur
re quies. AEgypto dedimus manum,
& Aſſy ri js, vt ſatura re mur
pa ne. Patres noſtri pecca ue runt,
& non ſunt, & nos iniquitates e o rum
porta-


por ta ui mus. Ser ui dominati
ſunt no ſtri, non fuit qui redimeret
de ma nu e o rum: In animabus noſtris af-
ferebamus panem no bis, à fa cie
gladij in de ſer to. Pellis noſtra quaſi clibanus
e xu ſta eſt à faci e tempe-



In Laudibus. ℣. Caro mea requieſcet in ſpe. ℟. Et nõ dabis ſanctũ tuum videre corruptionem. *Ad* Benedictus, *Antiphona.*






numentum lamentabantur, flentes Dominum.



Pſal. Benedictus.

IN FESTO SANCTÆ CRVCIS,


ad proceſſionem, Aña. Exurge. *fol.* 5.



C-Rux fide lis inter omnes, arbor v-



na nobi lis, nulla ſylua talem pro-



fert, fronde, flo re, germine. ℣. Dulce lig-
num,


num, dulces cla uos, dulce pondus ſuſtinet.
Luſtris ſex qui iam per actis , tempus im-
plens corpo ris , ſe vo len te na tus ad
hoc paſſi o ni deditus, agnus in cru-
ce le ua tur , im mo lan dus ſtipite.
Crux. Hic ace tum , fel, a run do, ſputa,cla-
ui


ui, lan ce a, mi te corpus perfo ra tur, ſan-
guis vnda profluit, terra pontus aſtra mun-
dus, quo la uan tur flumine. Dulce. ℣. Flecte ra-
mos arbor alta, ten ſa laxa viſce ra, & ri-
gor len teſcat il le, quem de dit na ti uitas;
vt ſu per ni membra re gis, mi ti ten-

das



das ſtipite. Crux fi. Sola digna tu fui ſti,
fer re ſe cli preti um, atque por tum
præ pa ra re, nauta mundo naufrago, quem
ſa cer cru or perun xit, fu ſus agni
corpore. Dulce. ℣. Glo ri a ſi & honor
Deo, vſquequaq; al tiſſi mo, v na patri,

filio-


fi li o que , incly to pa racleto, cui
laus eſt , & po te ſtas , per immen-
ſa ſe cu la. A men. Crux. Antiphona.
O crux ſplen di di or cunctis aſtris, mun-
do ce lebris, ho mi ni bus mul tum
a ma bi lis, ſan cti or v ni uer ſis,

quæ






Sequens hymnus tẽpore Paſchali, cantatur in tono. Ad cœnam agni. *In die Exaltationis in tono B. Virginis.*

Hym-

Hymnus.

VExilla regis prodeunt, fulget crucis myſterium, quo carne carnis conditor, ſuſpenſus eſt patibulo. Quo vulneratus inſuper, mucrone diro lanceę; vt nos lauaret crimine, manauit vnda ſanguine. Impleta ſunt quæ concinit, Dauid fidelis carmine, dicens in nationibus, regnauit à ligno Deus. Arbor decora & fulgida, ornata regis purpura, electa digno ſtipite, tam ſancta membra tangere. Beata cuius brachijs, ſecli pependit pretium: ſtatera facta corporis, prædamque tulit tartari. O crux aue ſpes vnica, hoc paſſionis tempore: auge pijs, iuſtitiam reiſque dona veniam. Te ſumma Deus Trinitas, collaudet omnes ſpiritus: quos per crucis myſterium ſaluas, rege per ſecula. Amen.

Antiphona.





De parentis protoplaſti fraude, factor condolens, quando pomi noxialis, morſu in mortem corruit: ipſe lignum tunc notauit, damna ligni vt ſolueret. Hoc opus noſtræ ſalutis, ordo depopoſcerat, multiformis proditoris, ars vt artem falleret: & medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Quando venit ergo ſacri, plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris, natus orbis conditor: atque ventre virginali, caro factus prodijt. Vagit infans inter arcta, conditus præſepia, membra pannis inuoluta, virgo mater alligat: & manus, pedeſque, crura, ſtricta cingit faſcia. Gloria, & honor Deo, vſquequaque altiſſimo: vna patri, filioque, inclyto paracleto: cui laus eſt, & poteſtas, per æterna ſecula, Amen.



℣. Hoc ſignum crucis erit in cœlo, Alleluia: ℟. Cum Dominus ad iudicandum venerit, Alleluia.

Oremus.

ADeſto nobis Domine Deus noſter: & quos ſanctæ Crucis lætari facis honore, eius quoque perpetuis defende ſubſidijs. Per Dominum noſtrum.

Antiphona. Da pacem.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

C*oram ſanctiſſimo Sacramento omnes genuflexi, cantoreſ incipiant. Verſ.* Te ergo quæſumus. *& ab omnibus proſequitur vſque* pretioſo ſanguine redemiſti.


Cantores dicant Verſ. Panem de cælo.

℟. Omne delectamentum. *Sacerdos ſtans dicat.* Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nobis, ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriã reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis.

Hic ordo ſeruabitur in omnibus ſtationibus. Poſtea Hymnus.




Nobis datus, nobis natus, ex intacta virgine, & in mundo conuerſatus, ſparſo verbi ſemine, ſui moras incolatus, miro clauſit ordine. In ſupremæ nocte cœnæ, recumbens cum fratribus, obſeruata lege plene, cibis in legalibus: cibum turbæ duodenæ, ſe dat ſuis manibus. Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit: fitque ſanguis Chriſti merum, & ſi ſenſus deficit, ad firmandum cor ſyncerum ſola fides ſufficit. Tantum ergo Sacramentum, veneremur cernui, & antiquum documẽtum, nouo cedat ritui: præſtet fides ſupplementũ, ſenſuum defectui. Genitori, genitoq; laus, & iubilatio: ſalus, honor, virtus quoque, ſit & benedictio: procedenti ab vtroque, compar ſit laudatio. Amen.

IN PRIMA STATIONE.

Te ergo. *vt ſupra.* Panem cæli. ℟.Omne. Oremus.

FAc nos, quæſumus Dñe, diuinitatis tuæ ſempiterna fruitione repleri, quam pretioſi corporis, & ſanguinis tui, temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis, & regnas.



Noctis recolitur cœna nouiſſima, qua Chriſtus creditur agnum & azyma, dediſſe fratribus iuxta legitima priſcis indulta patribus. Poſt agnum typicum expletis epulis, corpus Dominicum datum diſcipulis, ſic totum omnibus quod totum ſingulis eius fatemur manibus. Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & triſtibus ſanguinis poculum, dicens accipite quod trado vaſculum, omnes ex eo bibite. Sic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium committi voluit ſolis presbyteris, quibus ſic congruit, vt ſumant & dent cæteris. Panis angelicus fit panis hominum, dat panis cœlicus figuris terminum: ò res mirabilis! manducat Dominum pauper ſeruus & humilis. Te trina deitas vnaque poſcimus, ſic nos

tu viſita ſicut te colimus, per tuas ſemitas duc nos quo tendimur, ad lucem quam inhabitas, Amen.

IN SECVNDA STATIONE.

Te ergo. *vt ſupra.* *Verſ.* Cibauit illos. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui vt dulcedinem tuam in filios quos iam redempturus eras, monſtrares, ſuauiſſimum panẽ de cælo, qui tu ipſe es, præſtare voluiſti: concede clemẽter ita dulcedinis eius nunc nos participes eſſe, vt in æternũ gloriæ ſuauitate, quam panis ipſe ſignificat perfruamur. Qui viuis, & regnas.

Hymnus.



VErbum ſupernũ prodiẽs, nec patris linquẽs dexte-



ram: ad opus ſuum e xiens, venit ad vitæ veſperam. In mortem à diſcipulo ſuis tradendus emulis: prius in vitæ fercculo ſe tradidit diſcipulis. Quibus ſub bina ſpecie, carnem dedit & ſanguinem: vt duplicis ſubſtantiæ totum cibaret hominem. Se naſcens dedit ſocium: conueſcens in edulium: ſe moriens in pretium: ſe regnans dat in præmium. O ſalutaris hoſtia, quæ cœli pandis oſtium: bella premunt hoſtilia, da robur, fer auxilium. Vni trinoque Domino ſit ſempiterna gloria: qui vitam ſine termino, nobis donet in patria, Amen.

IN TERTIA STATIONE.

Te ergo, *vt ſupra.* *Verſ.* Educas panem.

Ore-

Oremus.

REdemptor noſter Deus, vt qui in corpore tuo myſtico, dilectionis vnitatẽ commẽdares, verum tuũ corpus, & ſanguinem, ſub rebus quæ ex multis ad vnum rediguntur largitus es: cõcede propitius, ſic omnes nos vnum hic effici charitate, vt nunquam à te ſeparari valeamus. Qui viuis.

Hymnus, Pange lingua, *vt ſupra.*

IN QVARTA STATIONE.

Te ergo. *vt ſupra.* *Verſ.* Poſuit fines. Oremus.

DEus qui nos per ſacratiſsimi corporis tui, veneranda cõmertia, vnius ſummæque diuinitatis participes efficis: præſta quæſumus, vt ſicut tuam cognouimus veritatem, ſic etiam dignis moribus aſſequamur. Qui viuis.

Hymnus. Sacris ſolemnijs, *vt ſupra.*


Repoſito Sacramento in Capella maiori.

Te ergo. *vt ſupra.* *Verſ.* Panem de cælo. Oremus.

DEus, qui legalium differentiam hoſtiarum, vnius ſacrificij Ieſu Chriſti filij tui Domini noſtri perfectione ſanxiſti: præſta quęſumus, vt ſanctiſſimum ſacrificium, quod nunc veneramur in terris, ad gloriæ perfectionem nobis proficiat in cælis. Per eundem Chriſtum. Amen.

Antiphona. Da pacem Domine.

IN DIE S. CLARÆ VIRGINIS, ad proceßionem. Aña. Exurge Domine. *fol. 5. Deinde dicitur Aña.*



PO lo rum candor ſplenduit, noua ſtella,

 emi-


emicuit. Cum cla re Cla ra cla ruit, cui
fulgens apparuit. Cœ le ſtis cho rus virginum,
inter quas mater luminum, ſola men præ ſtans
glo ri æ iam mori en ti fi li æ. A men.
Hymnus.
Concinnat plebs fidelium, virginale præco-
nium, matris Chriſti ve ſti gium, & noui ta tis gaudium.

Pau-

Pauperum primogenita, dono cœleſti prædita, obtinet ſupra merita, præmia vitæ reddita. Nouum ſydus emicuit, candor lucis apparuit, nam lux quæ lucem influit, Claram clarere voluit. Claris orta natalibus, nec dum relictis omnibus, vacat plenis affectibus pietatis operibus. Sub paupertatis regula, patris Franciſci ferula, Clara Chriſti diſcipula, luce reſperſit ſecula. Mundus & caro vincitur, matri Chriſti connectitur, Chriſto prorſus innititur, pauperem pauper ſequitur. Spretis natiuo genere, carnis & mundi fœdere, clauditur velut carcere, diues ſuperno munere. Clauditur velut tumulo, nequam ſeducta ſeculo, patet in hoc ergaſtulo, ſolum Dei ſpectaculo. Tegmina carnis vilia, vrgens famis inedia, arcta quoque ieiunia, præſtat orandi ſpatia. Virginis huius merito, laus Patri ſit ingenito, gloria vnigenito, virtus ſumma Paracleto, Amen.

Antiphona.



 micuit




Clarũ nomen effunditur, ſanctũ nomen extẽditur, facto doctrina proditur, virtus diuina panditur. Conſtruũtur cœnobia, vaſti per orbis ſpatia, creſcit ſororũ copia, claret matris notitia. Deficit virtus corporis, morbo prolixi tẽporis; ſumit augmentũ roboris virtus ſacrati pectoris. Tandẽ languore premitur, lęta nimis egreditur, dies extrema clauditur, ſpiritus cælo redditur.

ditur. Te proſequentes laudibus, pijs faueto precibus,adeſto poſtulantibus, tuis virgo ſupplicibus. Virginis huius merito,laꝰ patri ſit ingenito,gloria vni genito,virtus ſumma paracleto.Amē.





ſu



ſu vi tæ pa ne.

Hymnus.



O Cla ra luce cla ri or, lucis æter-



næ fi li a, dies iſta ſo lẽni or, tu a colit



ſolem ni a.

Vitæ labentis gaudia, ſpernẽdo Chriſtum ſequeris: paſcẽtẽ inter lilia, tuq; cũ Chriſto paſceris. Cuſtos ſacrarũ virginũ, omni virtute præuia, ducis ad ſponſum Dominũ, puellarũ collegia. Franciſco duce militãs, euincis trina prælia: carnem namque ſuppeditas, mundum atque dęmonia. Iam iam in regno luminum, patri conregnans filia: de te ſequentium agminum, recta fore veſtigia. Sit patri, nato, flamini, decus, honor & gloria: noſque commẽdent numini ſanctæ Claræ ſuffragia. Amen.

Antiphona.




Sal ue ſponſa De i, virgo ſacra plan ta

mino-



mi no rum : tu vas mundi tiæ, tu præ-



ui a for ma ſo ro rum. Cla ra tuis precibus




duc nos ad reg na po lo rum.

℣. Ora pro nobis beata mater Clara.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

FAmulos tuos quæſumus Domine beatæ Virginis tuæ Claræ votiua natalitia recenſentes, cœleſtium gaudiorum ſua facias interuentione participes, & tui vnigeniti cohæredes: Qui tecum.

IN FESTO SERAPHICI PAtris noſtri Franciſci ad Proceſſionem. Exurge. *vt ſuprà. fol. 5. Antiphona.*



CRucis appa ret hoſti a, tenſis in Cruce

bra-


brachijs, ſex a lis te cta va ri js, cum vultus
elegan ti a. Quæ Franciſci cor attra hit, au-
gens ei chariſmata, ſuaque ſa cra ſtigmata, in eius
carne protrahit. Salu bris Chri ſti paſſi o noſtris
inſit memori js, impreſſa que præ cor di js,
lacrymas det cum gau di o. A men.

Hym-

Hymnus.




PRoles de cælo prodi jt, nouis vtens prodigijs, cœ-




lum cæcis aperu it , ſiccis ma re ve ſti gi js.

℟. Libe ra me Domine. ℣. Ex o re le onis. ℣. Et à




cornibus vnicor nium humilitatē meam. ℣. Gloria.



Eruiſti à framea.
Ad Sextam.
℟. Eru iſti à framea. ℣. Deus a-
nimam meam. ℣. Et de manu ca nis vnicam ma-
Vere Dñs.
Ad Nonam.
trẽ meam. ℣. Gloria.
℟. Vere Dñs eſt in
loco ſancto i ſto. ℣. Et ego neſ ci ebam.
℣. Non eſt hic a liud, niſi domus Dei, & porta
℣. Scalam vidit Iacob, cuius cacumen cæ-
lum tangebat. ℟. Angelos quoque deſ-
cendentes qui eam lumine replebant.
cæli. Glo ria.
Expectationis B. Mariæ.
Ad Tertiam.
℟. Tu exurgens Domine. ℣. Mi ſe re be ris Sion.
℣. Quia




℣.Quia tempus miſeren di eius, quia venit tempus.



℣.Gloria. ℟.Rorate cæli de ſuper.



℟.Et nubes plu ant iuſtum. ℣.Aperi a tur terra, &




germinet Saluatorem. ℣.Gloria.




℟. Emitte agnum Domi ne. ℟. Domi na to rem



terræ. ℣. De petra deſer ti ad montem fili æ



Sion. ℣.Gloria. *Ad Tertiam.* ℟.In omnem terram.



ter ram. ℣.Exibit ſonus e orũ. ℣.Et in fi nes or-




Conſtitues eos.

Ad Sextam.

bis terræ verba eorum. ℣.Gloria.



℟.Conſtitues eos principes. ℣.Super om nem terram.




℣.Memores erũt nominis tui Domine. ℣.Gloria.

Nimis hono rati ſunt.



Ad Nonam. ℟.Nimis honorati ſunt. ℣. Amici tu-



i Deus. ℣. Nimis confortatus eſt principatus eo-



Anuntiauerunt opera Dei.

Vnius Martyris.




rum. ℣. Gloria. *Ad Tertiam.* ℟. Glori a,& hono-

re


re. ℣. Coro na ſti eum Domine. ℣.Et conſtitu-
i ſti eum ſuper opera manuum tuarum.℣.Gloria.
Poſuiſti Dñe.
Ad Sextam.
℟.Po ſu i ſti Domine. ℣. Super ca-
put eius. ℣.Coronam de lapide pretioſo. ℣.Gloria.
Magna eſt gloria.
Ad Nonam.
℟. Magna eſt glori a e ius. ℣. In
ſalu ta ri tuo. ℣.Glo ri am & magnum deco-
rem impones ſuper eum. ℣.Gloria.
Iuſtus vt palma.
Plurimorũ Mart.
Ad Tertiam.

℟.Læ-



℣. Lætamini in Domino. p̃. Et exul ta te iuſti.




℣. Et glori a mini omnes recti corde. ℣. Gloria.

Exultent iuſti.
Ad Sextam.




℟. Exultent iu ſti. p̃. In conſpe ctu



Dei. ℣. Et de le ctentur in lætitia. ℣. Glori a.

Iuſti autem.
Ad Nonam.



℟. Iuſti autem. p̃. In per pe tu um



viuent. ℣. Et apud Dominum eſt merces eorum.



Exultabunt ſancti.
Confeſſorũ Pontif.




℣. Gloria. ℟. Amauit eum Dominus.


minus. p̃. Et or na uit cum. ℣. Stolam glo ri æ
℣. Elegit eum.
Ad Sextam.
induit eum. ℣. Glo ri a.
℟. E le git eum Domi nus. p̃. Sa cer do tem
ſibi. ℣. Ad ſacri fi candum ei hoſtiam
Tu es ſacerdos.
Ad Nonam.
laudis. ℣. Glori a. ℟. Tu es ſa-
cerdos. p̃. In æternum. ℣. Secundum ordinem
℣. Iuſtum deduxit Dominus.
Confeſſ. non Pontif. Ad Tertiã.
Melchiſedech. ℣. Gloria. Amauit. *vt ſup. Ad Sextam.*
℟. Os



℟. Os iu ſti. p̃. Me di ta bi tur ſa pi entiam.



℣. Et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Gloria.

℣. Lex Dei eius.


Ad Nonam.




℟. Lex Dei e ius. p̃. In corde.



ip ſius. ℣. Et non ſupplantabuntur greſſus eius.



℣. Iuſtum deduxit Dominus.



Sanctarum Virginum.

℣. Gloria.

Ad Tertiam.

℟. Speci e




tu a. p̃. Et pulchri tu di ne tua.



℣. Intende proſ pe re, procede, & regna. ℣. Gloria.


℣. Ad-

℣. Adiuuabit eam.



Ad Sextam.

℟. Adiuuabit e am. ℣. Deus




vul tu ſuo. ℣. De us in medio eius non



℣. Elegit eam Deus.

Ad Nonam.

commo uebitur. ℣. Gloria.



℟. Elegit eam De us. ℣. Et præe le git



eam. ℣. In taberna culo ſu o habita re



℣. Diffuſa eſt gratia.

Dedicationis Eccleſiæ.

facit eam. ℣. Gloria.

Ad Tertiam.



℟. Domum tu am Domine. ℣. De cet

ſan-


ſan cti tu do. ℣.In longitudinem dierum.
℣.Locus iſte.
Ad Sextam.
℣.Gloria. ℟.Locus iſte ſanctus
eſt. p̃. In quo o rat ſa cerdos. ℣.Pro de-
℣.Hæc eſt domus.
Ad Nonam.
li ctis, & peccatis populi.℣.Gloria.
℟.Hæc eſt domus Domini. p̃. Firmiter æ di fi ca-
ta. ℣. Bene fun da ta eſt ſupra firmam petram.
℣. Bene fundata eſt domus Domini.
℟. Supra firmam petram.
℣.Gloria.

ANTI-

ANTIPHONÆ POST Completorium.

Antiphona. Alma Redemptoris mater, *fol.* 197.




bis ſemper Chriſtum exo ra.
Antiphona.
Regina cæ li-
læ ta re, Alle lu ia. ℣. Quia
quem me ru i ſti por ta re, al-
le lu ia. ℣. Reſurre xit ſi cut dixit,
al le lu ia. ℣. O ra pro no bis De um,
alle lu ia.

Anti-


Antiphona.
Sal ue re gi na mater miſe ri cor-
di æ. Vi ta, dul ce do, & ſpes no-
ſtra ſal ue. Ad te clama mus, exu les
fi li j E uæ. Ad te ſuſpira mus, gementes,
& flen tes, in hac lachryma rum val le.
E ia ergo aduoca ta noſtra, illos tu os


miſericor des o cu los ad nos con uer-
te. Et Ie ſum bene di ctum fru-
ctum ventris tu i no bis poſt hoc
e xili um o ſten de. O
cle mens. O pi a. O
dul cis Virgo Mari a.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES cum Litanijs.

Antiphona. Ne reminiſcaris. *Pſalmus.*

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine,& eripe animam meam: ſaluum me fac, propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter. Gloria Patri. *Pſalmus.*

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: cõuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meã non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eũ non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac, qua

gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperātem autem in Domino, miſecordia circundabit. Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Pſalmus.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animã meã. Et qui inquirebãt mala mihi locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabãtur. Ego autem tanquã ſurdus nõ audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine, Deus meus. Quia dixi ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam

meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine, Deus meus: ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum Domine: Deus ſalutis meæ. Gloria Patri & Filio. *Pſalmus.*

MIſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce enim veritatẽ dilexiſti: incerta & occulta ſapientię tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me Dñe hyſſop o, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem vtiq;: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria Patri.

Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terrę eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuũ Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum. Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum. Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem. In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant Domino. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

raſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur. Gloria Patri.

Pſalmus.

DE profundis clamaui ad te Domine; Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino. Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri.


Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Memorfui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis, Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes


omnes qui tribulant animam meam:quoniam ego ſeruus tuus ſum. Gloria Patri. *Aña.* Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra,vel parentum noſtrorum:neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Litaniæ ſolum duplicantur in Sabbatho ſancto, & in Vigilia Pentecoſtes, alijs autem temporibus quando dicuntur, non duplicantur, & ſic tenet Eccleſia Romana.

LITANIÆ.



KYri e eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyri e eleiſon.



Chri ſte audi nos. Chriſte exaudi nos.



Pater de cælis De us, Mi ſe re re nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.




Sancta Ma ri a, Ora pro no bis.

Sancta

Sancta Dei genitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora,
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora:
Sancte Marce, ora.
OMnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora,
Sancti Fabiane,& Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes & Paule, orate.

Sancti

Sancti Coſma & Damiane, orate.
Sancti Geruaſi & Prothaſi, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Sylueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte pater Franciſce, ora.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Omnes ſancti Sacerdotes & Leuitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Catherina. ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei, Intercedite pro nobis.



Propitius eſto. Parce nobis Domine.

Pro-

Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera nos Domine.
Ab ira tua, Libera nos Domine.
A ſubitanea & improuiſa morte, Libera nos.
Ab inſidijs diaboli, Libera nos.
Ab ira & odio & omni mala voluntate, Libera nos.
A ſpiritu fornicationis, Libera nos.
A fulgure & tempeſtate, Libera nos.
A morte perpetua, Libera nos.
Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ, Libera nos.
Per Aduentum tuum, Libera nos.
Per Natiuitatem tuam, Libera nos.
Per Baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum, Libera nos.
Per Crucem & Paſſionem tuam, Libera nos.
Per mortem & ſepulturam tuam, Libera nos.
Per ſanctam Reſurrectionem tuam, Libera nos.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, Libera nos.
Per aduentum Spiritus ſancti paracleti, Libera nos.
In die iudicij, Libera nos Domine.



PEccatores, Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, Te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus audi.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te ro.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris, Te rogamus audi.
Vt Domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines, in ſancta religione conſeruare digneris, Te rogamus.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, Te rogamus.

Vt

Vt Regibus & Principibus Chriſtianis, pacem & veram concordiam donare digneris, Te roga.

Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio, confortare & conſeruare digneris, Te rogamus.

Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas, Te rogamus.

Vt omnibus benefactoribus noſtris, ſempiterna bona retribuas, Te rogamus.


Vt animas noſtras, fratrum, propinquorum & benefactorum noſtrorum, ab æterna damnatione eripias, Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis, requiem æternam donare digneris, Te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus.



AGnus Dei qui tollis peccata mundi,



Parce no bis Domi ne.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos.


Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miſerere.



CHriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie





Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. *Pſalmus.*

DEus in adiutorium meũ intẽde: Domine ad adiuuandũ me feſtina. Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meã. Auertantur retrorſum & erubeſcãt: qui volunt mihi mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicũt mihi euge euge. Exultẽt & lętẽtur in te oẽs qui quęrunt te: & dicãt ſemper, magnificetur Dominus, qui diligũt ſalutare tuũ. Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris. Glor. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. ℟. Neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Oremus pro Pontifice noſtro. N. ℟. Dñs conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus noſtris. ℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus noſtris abſentibus. *Reſp.* Saluos fac ſeruos tuos,

Deus

Deus meus ſperantes in te. *Verſ.* Pro afflictis & captiuis. ℟. Libera eos Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis. *Verſ.* Mitte eis Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram: vt nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. *Oratio.*

EXaudi quæſumus Domine, ſupplicum preces: & confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiã tribuas benignus & pacem. *Oratio.*

INeffabilem nobis Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende, vt ſimul nos & à peccatis omnibus exuas: & à pœnis quas pro his meremur eripias. *Oratio.*

DEus qui culpa offenderis: pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur auertę.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. *Oratio.*

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita & hoſtium ſublata formidine: tempora ſint tua protectione tranquilla.

Oratio.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus & mundo corde placeamus.

Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cun-

cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur.

Oratio.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat & per te cœpta finiatur.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus: qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus; vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus Sanctis tuis pietatis tuæ clementia: omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum. ℣. Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen. ℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

De ſancta Trinitate. ℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu. ℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternę Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Dominum.

De ſancto Spiritu. ℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terræ.

Oremus.

DEus qui corda fideliũ ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis: in eodem Spiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum.

In Conceptione Virg. Mariæ, Præſentatione, Viſitatione, & in Natiuitate. vt ſuprà.

℣. Dignare me, laudare te Virgo: &c. Oremus.

FAmulis tuis quæſumus Domine cæleſtis gratiæ munus impertire: vt quibus B. Virginis partus extitit ſalutis exordium: Natiuitatis, *ſeu Præſentationis*, eius votiua commemoratio: pacis tribuat incrementum.

De Annuntiatione. ℣. Aue Maria, gratia plena.
℟. Dominus tecum. Oremus.

DEus, qui de B. Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum Angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam Dei genitricem credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem Dominum noſtrum.

De Viſitatione. ℣, Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus. *Oratio.* Famulis tuis. *vt ſuprà.*

De Aſſumptione. ℣. Exaltata eſt, &c: Oremus.

FAmulorum tuorum quæſumus Domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus: genitricis Filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem Dominum noſtrum.

De Purificatione. vt ſuprà.

De Niuibus. ℣. Poſt partum Virgo, &c. Oremus.

COncede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

De Angelis. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi.
℟. Habens, &c. Oremus.

DEus, qui miro ordine, Angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas: concede propitius: vt quibus tibi miniſtrantibus: in cælo ſemper aſſiſtitur: ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Chriſtum.

De

*De S.Franciſco.vt ſuprà.fol.*134.

De S.Antonio. ℣.Ora pro nobis B.Antoni.

℟.Vt digni efficiamur. Oremus.

ECcleſiam tuam Deus B. Antonij Confeſſoris tui commemoratio votiua lætificet: vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs: & gaudijs perfrui mereatur æternis.Per Chriſtum Dominum noſtrum.

De S.Clara. Oremus.

FAmulos tuos quæſumus Domine B. Virginis tuæ Claræ votiuam memoriam recenſentes: cæleſtium gaudiorum ſua facias interuentione participes: & tui vnigeniti cohæredes. Qui tecum.

De S.Iacobo. Oremus.

ESto Domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: vt B.Apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs: & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat.

Suffragia tempore belli. Reſp.

IMpetum inimicorum ne timueritis, memores eſtote quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri. ℣.Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri Deus noſter.

℣.Mementote mirabiliũ eius quæ fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari Rubro. ℣.Et nunc. ℣.Gloria. ℟.Kyrie. Chriſte. ℣.Pater noſter. ℣. Ora pro nobis. ℟. Vt digni. ℟. Domine ſaluum fac. ℣.Mitte eis Domine auxilium de ſancto. ℣.Dñe exaudi.℣.Dominus vobiſcum. Oremus.Concede.*vt ſuprà.*

QVæſumus omnipotẽs Deus:vt famulus tuus N.rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula: virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus & vitiorum monſtra deuitare: & ad te qui via,veritas, & vita es,gratioſus valeat peruenire.

OMnipotens & miſericors Deus: à bellorum nos quæſumus turbine fac quietos: quia nobis bona cũcta præſtabis ſi pacem dederis mentis & corporis.Per Chriſtum.

Pro nauigantibus.

SAlua nos Chriſte ſaluator per virtutem ſanctæ Crucis qui ſaluaſti Petrum in mari, miſerere nobis.

Antiphona. Sub tuum præſidium,&c.

Antiphona. Michael Archangele, veni in adiutorium populo Dei. ℣. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℣. Saluum fac ſeruum tuum Domine. ℣. Aue Maria. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus qui tranſtuliſti patres noſtros per mare Rubrum, & tranſuexiſti illos per aquam nimiam laudem tui nominis decantantes: te ſuppliciter deprecamur: vt in naui famulum tuum repulſis aduerſitatibus portu ſemper optabili curſuque tranquillo tuearis.

Oratio. Deus qui de beatæ Mariæ. *Oratio.* Deus, qui miro ordine. *&c.*

Suffragia pro pluuia petenda. ℟.

SI clauſo cælo pluuia nō fluxerit propter peccata populi tui, deprecati te fuerint in loco iſto: & confeſsi nomini tuo, & conuerſi à peccatis ſuis cum eo afflixeris, exaudi de cælo Domine. ℟. Et dimitte peccata ſeruis tuis & populi tui Iſraël. ℣. Et doce eos viam bonam per quam ingrediantur: & da pluuiam terræ quam dediſti populo tuo ad poſsidendum. ℟. Et dimitte. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. Et ne nos. ℣. Rigans montes de ſuperioribus ſuis. ℟. De fructu operum tuorum ſatiabitur terra. ℣. Poſt partum. ℣. Angelis ſuis. ℣. Signaſti Domine. ℣. Domine exaudi orationem meam.

Oremus.

DEus in quo viuimus, mouemur & ſumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt præſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti; ſempiterna fiducialius appetamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Poſtea oratio de B. Virgine, de Angelis, & de beato Franciſco.

Suffragia pro mortalitate vitanda. Reſp.

RˇEcordare Domine teſtamenti tui, & dic Angelo percutienti, ceſſet iam manus tua. ℟. Vt non deſoletur terra, & ne perdas omnem animam viuentem. ℣. Qui regis Iſraël intende qui deducis velut ouem Ioſeph. ℟. Vt non deſoletur. ℣. Gloria. ℟. Vt non deſoletur. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Miſit Dominus verbum ſuum & ſanauit eos. ℟. Et eripuit eos, de manu eorum. ℣. Aue Maria. ℣. Signaſti. ℣. Domine exaudi orationem. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui non mortem ſed pœnitentiam deſideras peccatorum: populum tuum quæſumus ad te conuerte propitius: vt dum tibi deuotus exiſtit, iracundiæ tuæ ab eo flagella amoueas. *Pro ſerenitate. Reſp.*

PEr memetipſum iuraui dicit Dominus vt non adijciam vltra aquas diluuij ſuper terram: pacti mei recordabor. ℟. Vt non perdam aquis diluuij omnem carnem. ℣. Arcum meum ponam in nubibus: & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. ℟. Vt non perdam. ℣. Gloria Patri. ℟. Vt non. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Commouiſti terram: & conturbaſti eam. ℟. Sana contritiones eius: quia commota eſt. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

AD te nos Domine clamantes exaudi, & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur: miſericordia tua præueniente, clementiam ſentiamus. Per Dominum.

Pro infirmis. Reſp.

SAlus populi ego ſum dicit Dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos. ℟. Et ero illorum Dominus in perpetuum. ℣. Miſere mei Domine quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam ſerui tui: quoniam ad te Domine animam meam leuaui. ℟. Et ero illorum.

℣. Gloria Patri. ℟. Et ero illorum. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Da nobis Domine auxilium de tribulatione. ℟. Quia vana ſalus hominis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus ſalus æterna credentium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis pro quibus miſericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referant actiones. Per Dominum noſtrum.

Pro quacunque tribulatione. ℟.

DOmine rex omnipotẽs: in ditione tua cũcta ſunt poſita: & non eſt qui poſsit reſiſtere volũtati tuæ. ℟. Libera nos propter nomen tuum. ℣. Exaudi orationem noſtram: & conuerte luctum noſtrũ in gaudium. ℟. Libera nos. Gloria. Libera. Kyrie eleiſon. Pater.

Pro Eccleſiæ ſtabilitate. ℟.

COngregati ſunt inimici noſtri: qui gloriantur in virtute & ſapientia ſua: contere fortitudinẽ & ſtultam redde ſapientiam illorum Domine. ℟. Vt cognoſcãt quia non eſt alius qui pugnet pro nobis niſi tu Deus noſter. ℣. Diſperge illos in virtute tua: & deſtrue eos protector noſter Domine. ℟. Vt cognoſcant. Gloria. ℟. Vt cognoſcant.

Suffragia pro neceſsitate Eccleſiæ. Añа.

VEni ſancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignẽ accẽde. *Aña.* Gaude Maria Virgo. *Aña.* Franciſcus vir Catholicus. ℣. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Emitte ſpiritum. ℣. Dignare me, &c. ℣. Ora pro nobis beate pater Franciſce. ℣. Memento congregationis tuæ.

Oratio.

DA quæſumus Eccleſiæ tuæ miſericors Deus: vt Spiritu ſancto congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur.

tur. *Oratio.* Deus,qui Virginalem. *Oratio.* Deus, qui Eccleſiam tuam.

Oratio.

ECcleſiæ tuæ quæſumus Domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℣. Exaudiat Deus orationes noſtras.

℟. Amen.

Suffragia pro gratiarum actione. *Hymnus.*

TE Deum laudamus. *Quo finito dicatur.*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oremus.

DEus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: pijſſimæ maieſtati tuæ, pro collatis donis gratias agimus: tuam ſemper clementiam exorantes: vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia futura diſponas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℣. Exaudiat Deus orationes veſtras.

℟. Amen.

Pro Papa, vel Epiſcopo.

DEus omnium fidelium paſtor & rector: famulum tuum *N.* quem paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti propitius reſpice: da ei quæſumus verbo & exemplo quibus præeſt proficere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

Pro iter agentibus.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

Pro quacunque neceſsitate. *Oratio.*

DEus refugium noſtrum, & virtus: adeſto pijs Eccleſiæ tuæ precibus auctor ipſe pietatis, & præſta: vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per Dominum.

Pro peſte animalium. *Oratio.*

DEus qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus ſolatia ſubrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℞. Amen.

Ad recipiendum patrem Generalem.

Q*Vando intrauerit in Eccleſia, duo Cantores incipiant Hymnum.* Te Deum laudamus, *& procedant vſque ad infimum gradum altaris, & omnes genufle̅ctant. Cantores ſtantes incipiant Antiphonam.* Salue ſancte Pater, *& finita Cantores dicant.* ℣. Ora pro nobis B. P. Franciſce. ℞. Vt digni. *Et P. Generalis ſtaas dicat,* Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.* Deus, qui Eccleſiam tuam. *vt ſup. in proceſsione.*

Ad recipiendum Epiſcopum.

Q*Vando in Eccleſia intrauerit, duo Cantores incipiant,* Te Deum laudamus. *Et procedant vſque ad infimum gradum altaris, & genufle̅ctant. Cantores ſtantes dicant Antiphonã Sacerdos & Pontifices. Et finita Cantores dicant.* ℣. Elegit te Dominus ſacerdotem ſibi. ℞. Ad ſacrificandum. *Epiſcopus dicat.* Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.* Deus omnium. *vt ſupra.*

Ad Communicandum infirmum.

I*N primis pulſetur campana Capituli, & fratribus in Eccleſia congregatis, ſacerdos præparet ſe ſacerdotalibus indumentis albi coloris cum pluuiali: & duo fratres pro cereis deportandis: & tertius pro Cruce ſuperpelliceis induantur. Dehinc ſacerdos accipiat Calicem ſine patena, in qua ponat corpus Chriſti, cooperiatq́; toballia. Quo facto procedant proceſsionaliter hoc ordine.*

Primo

Primo qui portat Crucem: dehinc deferens aquam: tertio ceroferarij: deinde ſacerdos incipiat in medio tono, Miſerere mei Deus. *& alij dicentes cum candelis accenſis, quorum vnus portet ampullas cum vino, & aqua. Cumque peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus: ſacerdos intrans dicat.* ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. *Et aſpergat ægrotum in modum Crucis aqua benedicta. Deinde domum dicendo Antiphonam.* Aſperges me. *cum.* ℣. Miſerere mei. *cum* Gloria. *&* Sicut erat. *Et repetitur Antiphona.* Aſperges. *Deinde immediatè infirmus adoret, & deoſculetur Crucem, & dicat.* Confiteor Deo. &c. *Et facta Confeßione ſacerdos abſolutè dicat hanc orationem.*

Oremus.

DOminus Ieſus Chriſtus qui dixit diſcipulis ſuis: quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo: de quorum numero quamuis indignos nos eſſe voluit: ipſe te abſoluat per miniſteriũ noſtrum ab omnibus peccatis tuis, quæcunque cogitatione, locutione, operatione negligenter egiſti: & à nexibus peccatorum abſolutum perducere dignetur ad regna cælorum. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea Sacerdos eleuet Corpus Chriſti de calice, & infirmus adorans dicat ſemel tantùm.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Deinde Sacerdos tradens Corpus Domini infirmo dicat.

Accipe frater, *vel ſoror,* viaticum Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno: & perducat ad vitam æternam. ℟. Amen.

Poſtea abluat digitos ſuper Calicem vino, & aqua, & propinet infirmo nihil dicens. Poſt communionem dicat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipiẽti fratri noſtro ſacroſanctũ

Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui: tã corporis quam animæ proſit ad remedium ſempiternum. Per eundem Dominum noſtrum.

His peractis, priori ordine in Eccleſiam reuertuntur dicentes Pſalm. Miſerere mei Deus. *Et fratribus genuflexis; Sacerdos diſcooperiat calicem, & eleuet Sacramentum, vt ab omnibus videatur; & reponat in capſula, & cum ea benedicat omnibus circunſtantibus, & collocet eam in ſacrarium, & extinguantur candelæ.*

Ad vngendum infirmum.

IN primis congregatis fratribus, vt in communione, in ſacrarium Sacerdos præparatus cum paramentis violaceis accipiat oleum ſanctum. Deinde ordinatè procedant dicentes Pſalm. Miſere. *Cumque peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus, Sacerdos intrans dicat.*

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Et ſtans ante ægrotum aſpergat eum aqua benedicta in modum Crucis dicendo Antiphonam. Aſperges. *vt ſup. dicat.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INtroeat Domine Ieſu Chriſte domum hanc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu æterna fœlicitas: diuina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna. Effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum: adſint Angeli pacis: domumque hanc deſerat effugata diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos nomen ſanctum tuum, & bene✠dic noſtræ conuerſationi: & ſanctifica noſtræ humilitatis ingreſſum: qui ſanctus & pius es: & permanens cum Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

DEprecemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: vt benedicendo ✠ benedicat hoc tabernaculum, & omnes

nes habitantes in eo: & det eis Angelum bonum Cuſtodem: faciat eos ſibi ſeruire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: auertat ab eis omnes contrarias poteſtates, eripiat eos ab omni formidine: & ab omni perturbatione: ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Oremus.

EXaudi nos Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus: & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis: qui cuſtodiat: foueat: protegat: viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde immediatè ægrotus dicat. Confiteor Deo. *Quo dicto omnes ſacerdotes aſtantes eum abſoluant inſimul dicendo.* Miſereatur tui. *&* Indulgentiam. *Et tunc dicant ſeptem Pſalmi Pœnitentiales. Sacerdos interim intincto pollice in oleo ſancto dicat abſolutè hanc orationem.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum: imò per inuocationem omnium ſanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque ſimul omnium Sanctorum.

℟. Amen.

Quo dicto faciat ſignum Crucis de oleo ſancto in corpore ægri in his locis ſubſcriptis: ad vnamquamque Crucem propriam orationem dicendo.

Primo ad oculos.

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſſimam miſericordiam: parcat tibi Dominus, quicquid oculorum vitio deliquiſti.

Miniſtri vero tergant locum inunctum cum ſtuppa reponentes in vaſe mundo. Et ſic fiat poſt quamlibet vnctionem.

Ad

Ad aures.

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſsimam miſericordiam, parcat tibi Dominus; quicquid aurium vitio deliquiſti. ℟. Amen. *Ad nares.*

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſsimã miſericor cordiam, parcat tibi Dominus, quicquid narium vitio deliquiſti. ℟. Amen. *Ad os.*

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſsimam miſericordiam, parcat tibi Dominus, quicquid linguæ vel oris vitio deliquiſti. ℟. Amen. *Ad manus.*

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſsimam miſericordiam, parcat tibi Dominus quicquid tactus vitio deliquiſti. ℟. Amen. *Ad pedes.*

Per iſtam ſanctam vnctionem, ✠ & ſuam pijſsimam miſericordiam, parcat tibi Dominus, quicquid inceſſus vitio deliquiſti. ℟. Amen. *Ad lumbos.*

Per iſtam ſanctam vnctionem ✠ & ſuã pijſsimã miſericordiam, parcat tibi Dominus, quicquid lumborum, ſeu carnis vitio deliquiſti. ℟. Amen.

Quibus peractis dicat ſacerdos Litanias flexis genibus: cui omnes reſpondeant.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sancta Maria, ora pro eo.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus iuſtorum, orate.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ. orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.

Omnes

Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ,	orate.
Omnes ſancti diſcipuli Domini,	orate.
Omnes ſancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Omnes ſancti Martyres,	orate.
Sancte Sylueſter,	ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores,	orate.
Sancte pater Franciſce,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Antoni de Padua,	ora.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Omnes ſanctæ Virgines,	orate.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei,	intercedite pro eo.
Propitius eſto,	Parce ei Domine.
Propitius eſto,	Libera eum Domine.
Ab ira tua,	Libera.
A mala morte,	Libera.
A periculo mortis,	Libera.
A pœnis inferni,	Libera.
A poteſtate diaboli,	Libera.
Ab omni malo,	Libera.
Per Natiuitatem tuam,	Libera.
Per Crucem & Paſſionem tuam,	Libera.
Per mortem & ſepulturam tuam,	Libera.
Per glorioſam Reſurrectionem tuam,	Libera.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam,	Libera.
Per gratiam Spiritus ſancti paracleti,	Libera.
In die iudicij,	Libera.
Peccatores,	Te rogamus.
Vt ei parcas,	Te rogamus.

Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Secre-

Secreto. ℣.Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluũ fac ſeruũ tuũ Do mine. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Siõ tuere eum. ℣. Eſto ei Domine tur ris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

DOmine Deus qui per Apoſtolũ tuũ locutus es: infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum vngẽtes eum oleo ſancto in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit dimittẽtur ei: cura quæſumus Domine redemptor noſter gratia Spiritus ſancti, languores iſtius infirmi & ſua ſana vulnera, eiuſque dimitte peccata: atque dolores cũctos cordis & corporis ab eo expelle: plenamque ei interius exteriuſque ſanitatẽ miſericorditer redde: vt ope miſericordiæ tuæ reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre & eodem Spiritu ſancto, viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

REſpice quæſumus Domine famulum tuum. *N.* in infirmitate ſui corporis fatiſcentẽ: & animam refoue quã creaſti, vt pijs caſtigationibus emendatus: ſentiat ſe tua medicina ſaluatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oremus.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus: facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad inuocationem nominis tui benignus aſsiſte: vt famulum tuum. *N.* ab ægritudine liberatum & ſanitate donatũ dextera tua erigas: virtute confirmes: poteſtate tuearis: atque Eccleſiæ tuæ, ſanctiſque altaribus tuis, cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

DOminus Ieſus Chriſtus apud te ſit vt te defendat: intra te ſit vt te reficiat: circa te ſit vt te conſeruet: ante te ſit vt te deducat: poſt te ſit vt te cuſtodiat: ſuper te ſit vt te benedicat.

nedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea ſtuppa proijcitur in ignem. His peractis reuertuntur ſimul in Eccleſiam proceßionaliter, excepto quod Crux remaneat coram infirmo.

COMMENDATIONES ANIMAE.

Primo recitentur Litaniæ quæ habentur in Extrema Vnctione.

Deinde pro vicino morti: cum in agone ſui exitus anima viſa fuerit anxiari, fiant hæc.

PRroficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo, in nomine Dei patris omnipotentis qui te creauit. In nomine Ieſu Chriſti Fili Dei viui: qui pro te paſſus eſt. In nomine Spiritus ſancti, qui in te effuſus eſt. In nomine Angelorum & Archangelorum. In nomine thronorum & dominationum. In nomine Principatuum & Poteſtatuum. In nomine Cherubim & Seraphim. In nomine Patriarcharum & Prophetarum. In nomine Sanctorum Apoſtolorum & Euangeliſtarum. In nomine Sanctorum Martyrum & Confeſſorum. In nomine Sanctorum Monachorum & Eremitarum. In nomine Virginum & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei. Hodie ſit in pace locus tuus: & habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per Chriſtum.

Oremus.

DEus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles: & præteritorum criminum culpas venia remiſsionis euacuas, reſpice propitius ſuper hũc famulũ tuum. *N.* & remiſſionẽ ſibi omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renoua in eo pijſsime Pater quicquid terrena fragilitate corruptũ: vel quicquid diabolica fraude violatum eſt: & vnitati corporis Eccleſiæ membrũ redemptionis annecte. Miſerere Domine gemituũ: miſerere lachrymarum eius: & nõ habentẽ fiduciã, niſi in miſericordia tua ad tuæ ſacramentũ reconciliationis admitte. Per Chriſtũ Dominũ noſtrũ.

Ore-

Oremus.

COmmendo te omnipotenti Deo chariſsime frater: *vel ſoror*, & ei cuius es creatura committo: vt cum humanitatis debitum morte interueniente perſolueris: ad autorem tuum qui te de limo terræ formauerat reuertatis. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore: ſplendidus Angelorum cœtus occurrat. Iudex Apoſtolorum tibi ſenatus adueniat. Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te confeſſorum turma circundet. Iubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in ſinum Patriarcharum te complexus aſtringat. Mitis atque feſtiuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat: qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris: quod ſtridet in flammis: quod crutiat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cum ſatellitibus ſuis: in aduentu tuo te comitantibus Angelis contremiſcat: atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis ſic pereant peccatores à facie Dei. Et iuſti epulentur & exultent in cõſpectu Dei. Confundantur igitur, & erubeſcant omnes tartareæ legiones: & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus qui pro te crucifixus eſt. Liberet te à morte Chriſtus qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus Filius Dei viui intra paradyſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oues ſuas te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat: atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas: & præſens ſemper aſſiſtẽs manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatẽ. Conſtitutus igitur inter agmina beatorũ: contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen. *Oratio.*

SVſcipe Domine ſeruum tuum in locum ſperandæ ſibi ſaluationis à miſericordia tua. ℟. Amen.

℣. Li-

℣. Libera Domine animam ſerui tui, *vel ancillæ tuæ*, ex omnibus periculis inferni: & de laqueis pœnarum: & ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animã ſerui tui: ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui: ſicut liberaſti Noe de diluuio. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animã ſerui tui: ſicut liberaſti Abrahã de Vr Chaldæorũ. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animã ſerui tui: ſicut liberaſti Iob de paſsionibus ſuis. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui: ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui; ſicut liberaſti Loth de Sodomis & de flamma ignis. ℟. Amẽ. ℣. Libera Domine animã ſerui tui: ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis AEgyptiorũ. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui: ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui: ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis; & de manu Regis iniqui. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui; ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animam ſerui tui: ſicut liberaſti Dauid de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen. ℣. Libera Domine animan ſerui tui: ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. ℟. Amen. ℣. Et ſicut beatam Teclam Virginem & Martyrem tuam de tribus atrociſsimis tormentis liberaſti: ſic liberare digneris animam ſerui huius & tecum facias in bonis congaudere cæleſtibus. ℟. Amen.

Oremus.

Commẽdamus tibi Domine animam famuli tui. *N.* precamurque te Domine Ieſu Chriſte ſaluator mundi: vt propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti: Patriarcharum tuorum ſinibus inſinuare nõ renuas. Agnoſce Domine creaturam tuam, non ex dijs alienis creatam ſed à te ſolo Deo viuo & vero: quia non eſt alius Deus præter te: & non eſt ſecundum opera tua. Lætifica Domine animam eius in conſpectu tuo: & ne memineris iniquitatum eius antiquarum:

 ebrie-

ebrietatum quas ſuſcitauit furor ſiue feruor mali deſiderij : licèt enim peccauerit: tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negauit : ſed credidit & zelum Dei in ſe habuit : & Deum qui fecit omnia adorauit. Oremus.

DElicta iuuentutis & ignorantias eius quæſumus ne memineris Domine : ſed ſecundùm magnam miſericordiam tuam memor eſto illius in gloria claritatis tuæ : aperiantur ei cæli : collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine ſeruum tuum ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael Archangelus Dei : qui militiæ cæleſtis meruit principatum. Veniant illi obuiam ſancti Angeli Dei : & perducant eum in ciuitatem cæleſtem Hieruſalem. Suſcipiat eum beatus Petrus Apoſtolus : cui à Deo claues regni cæleſtis traditæ ſunt. Adiuuet eum ſanctus Paulus Apoſtolus : qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus : cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apoſtoli : quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti Dei : qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt : vt vinculis carneis exutus, peruenire mereatur ad gloriã regni cæleſtis : preſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto qui cũ Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amẽ.

Si anima anxiatur dicantur adhuc hi Pſalmi. Confitemini. Beati immaculati. *Vſque.* Ad Dominum cũ tribularer. *Egreſſa autem anima dicatur ſequens.* ℟. Subuenite ſancti Dei. ℣. Suſcipiat te. ℣. Requiem æternam. *Deinde.* Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *Secretò.* Et ne. ℟. Sed libe. ℣. Requiem æternam. ℟. Et lux. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

TIbi Domine cõmendamus animã famuli tui. *N. vel famulæ tuæ* vt defunctus ſæculo tibi viuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata cõmiſit: tu venia miſeri-

cordi-

cordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum.

Tunc fratres lauent corpus, poſtea induāt eum tunicā & cingulū, & brachas: & ponant eū in feretro & cooperiāt. Conuocatis omnibus fratribus ſtent in ordine in circuitu feretri, cū luminaribus accenſis: & tunc ſacerdos abſolutè incipiat dicendo in medio tono.

OFFICIVM DEFVNCTORVM.


Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater noſter. *Secretò.* ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. In memoria æterna: erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala: nō timebit. ℣. Ne tradas beſtijs animā confitentem tibi. ℟. Et animam pauperis tui: ne obliuiſcaris in finē. ℣. Non intres in iudiciū, cum ſeruo tuo Domine. ℟. Qui nō iuſtificabitur in conſpćtu tuo: omnis viuēs. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Dn̄e. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amē. ℣. Dn̄e exaudi orationē. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

SVſcipe Dn̄e animam famuli tui fratris noſtri N. ſacerdotis *vel ſororis noſtræ*, quā de ergaſtulo huius ſæculi vocare dignatus es: & libera eā de locis pœnarū: quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur: & inter ſanctos & electos tuos in Reſurrectionis gloria, reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum Dominum. ℟. Amen.

Deinde fratres ordinate vadunt & corpus portent in Eccleſiā & duo fratres incipiant decantando. *Reſp.*



SVbueni te ſancti De i, occur ri-



te An ge li Domi ni, ſuſcipi entes

 ani-



animam e ius. ℟. Offe rentes e am in con-
ſpe ctu Al tiſ ſi mi. ℣. Suſcipiat te
Chri ſtus qui vocauit te, & in ſinu
Abrahæ Ange li de du cant te.
℟. Offe rent. ℣. Requi e m æ ter-
nam do na e is Domi ne, & lux

per-




perpe tua lu ce at e is. ℟.Offerent.

Hic luminaria extinguuntur. depoſito corpore, duo Fratres abſolutè incipiant Inuitatorium, & omnes ſtent.



℟.Regem cui om ni a viuunt.℟.Venite adoremus.




℣.Venite exultemus Domino, iu bi lemus Deo ſaluta-



ri noſtro, pręoccupemus faciem eius in cōfeſſi one,



& in pſalmis iubilemus e i. ℟.Regē.℣.Quoni am




Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes



Deos: quoniam non repellet Dominus plebem ſuam,
quia in manũ eius ſunt omnes fines terræ, &
al ti tu dines montium ipſe conſpicit. ℟. Veni.
℣. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, &.
aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus,
& procidamus ante Deũ, ploremus coram Domi-
no qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus

noſter



noſter nos autem populus eius, & oues paſcu æ
e ius. ℟. Regem. ℣. Ho di e ſi vocem eius audie-
ritis, noli te obdurare corda veſtra ſicut in exacer-
bati o ne ſecundum diem tentati onis in deſerto,
vbi tentauerũt me patres veſtri, probauerunt, & vide-
runt opera mea. ℟. Veni. ℣. Qua draginta annis
proximus fui ge ne ra ti o ni hu ic, &




di xi ſemper hi errant corde: ipſi verò nõ cognoue-




rũt vias meas, quibus iuraui in ira me a ſi intro-



i bunt in requiem meam. ℣. Regem. ℣. Re-




quiem æternam dona eis Domine, & lux perpe-



tua luceat e is. ℟. Veni. ℣. Regem.


Hoc Inuitatorium dicitur tantum, in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, & in die depoſitionis defuncti, quibus diebus dicuntur infrà ſcripti Nocturni, & Antiphonæ duplicentur.

Antiphona.



D I rige Do mine Deus me us


in




in cõſpectu tu o vi am meam. ꝑ.Euouae.

VErba mea auribus percipe Domine : intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam. Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam. Quoniam non eſt in ore eorum veritas:cor eorum vanum eſt. Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine. Et lætentur omnes qui ſperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto. Domine: vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Requiem æternam: dona eis Domine. Et lux perpetua: luceat eis.

Antiphona.



Di rige. *Antiph.* Conuer tere Do mi ne,




& e ripe a ni mam me am, quoniam non eſt




in mor te qui memor ſit tui. ℣. Domine ne.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valde velociter.
Requiem æternam.

Antiphona.



Cõuertere. NE quando rapi at vt leo animã me-
am,




am dũ nõ eſt qui re di mat, neq; qui ſaluum faciat.



Domine Deus.

DOmine Deus meus in te ſperaui: ſaluũ me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Ne quãdo rapiat, vt leo animam meam: dum non eſt qui redimat: neque qui ſaluum faciat. Domine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis? Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat. Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti: & ſynagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos. Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum innocentiam meam ſuper me. Conſumetur nequitia peccatorũ & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes Deus. Iuſtum adiutorium meum à Domino: qui ſaluos facit rectos corde. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies? Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Ecce parturit iniuſtitiam: cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quã fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Confitebor Domino ſecundùm iuſtitiam eius: & pſallam nomini Domini Altiſſimi. Requiem æternam: dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis.

Anti-




Antiph. Ne quando.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. *Secretò.* Pater noſter.

Lectio prima.

PArce mihi Domine : nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum : aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculò : & ſubito probas illum. Vſquequò non parcis mihi : nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi : ò cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimet ipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam : & ſi mane me quæſieris : non ſubſiſtam. *Reſp.*



CRedo quod redẽptor meus vi-



uit, & in nouiſ ſimo di e de ter ra



ſurrecturus ſum. ℣. Et in car ne me a

vide-




Lectio ſecunda.

TAEdet animam meã vitæ meæ: dimittam aduerſum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicam Deo, Noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur: ſi calumnieris, & opprimas

mas me, opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu vides? Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora? Vt quæras iniquitatem meam: & peccatum meum ſcruteris. Et ſcias, quia nihil impium fecerim: cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.



per




per ig nem. ℣. Tu e is. Kyri e eleiſon.

Lectio tertia.

MAnus tuæ Domine fecerunt me : & plaſmauerunt me totum in circuitu, & ſic repentè præcipitas me? Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me: Nonne ſicut lac mulſiſti me : & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi : & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

Si in fine huius primi nocturni dicenda ſit Miſſa, poſt tertiam lectionem incipitur Miſſa, & tertium ℟. *dicitur finita Miſſa ante orationem.* Non intres in iudicium. *Et in fine reſponſorij.* Non dicitur Kyrie, *ſed abſolute incipitur Oratio.* Non intres.



℟. Domi ne quando vene ris iudi-




ca re ter ram, v bi me abſcon-




dam à vul tu i ræ tu æ.

℣. Quia



℟.Qui a pec ca ui ni mis in vita
me a. ℣.Commiſſa me a
pa ueſco, & ante te e ru beſ co, dum vene-
ris iudica re noli me condemna re.
℟.Quia. ℣.Requi e m æ-
ternam dona e is Domi ne, & lux perpe-
tua





Si non ſit dicendum niſi primum Nocturnum finito Reſponſo-rio. Domine quando veneris. *ſine* Kyrie. *dicatur Oratio.* Nō intres in iudicium. *vt ſuprà in fine Miſſa.*

In ſecundo Nocturno. *Antiphona.*




Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ. propter nomen ſuum. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Requiem.




AD te Domine leuaui animam meam : Deus meus in te confido,non erubeſcam. Neque irrideant me inimici mei : etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur. Con fundantur omnes iniqua agentes : ſuperuacue. Vias tuas Domine demonſtra mihi : & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua,& doce me : quia tu es Deus ſaluator meus,& te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine : & miſericordiarum tuarum quæ à ſæculo ſunt. Delicta iuuentutis meæ : & ignorantias meas ne memineris. Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu : propter bonitatem tuam Domine. Dulcis & rectus Dominus : propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget manſuetos in iudicio : docebit mites vias ſuas. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas : requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet Dominum : legem ſtatuit ei in via quam elegit? Anima eius in bonis demorabitur : & ſemen eius hæreditabit terram.

Fir-

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt: & odio iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meã & erue me: non erubeſcam quoniã ſperaui in te. Innocẽtes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te. Libera Deus Iſraël: ex omnibus tribulationibus ſuis. Requiem.



De li cta. CRedo vide re bona Domini,



in terra viuenti um. Dominus illuminatio.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo. Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem Domini. & viſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum: protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius

hoſtiam vociferationis: cantabo & Pſalmum dicam Domino. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: miſerere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto ne derelinquas me: neq; deſpicias me Deus ſalutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona Domini: in terra viuẽtium. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum: & ſuſtine Dominum. Requiem æternam.

Antiphona.



℣. Collocet eos Dominus: cũ principibus. ℟. Cum principibus populi ſui. *Secretò.* Pater noſter.

Lectio quarta.

RESponde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata: ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis & arbitraris me inimicum tuum? Contra foliũ quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam: & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines: & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. Poſuiſti in neruo pedem meum: & obſeruaſti omnes ſemitas meas: & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.



vita




Lectio quinta.


HOmo natus de muliere, breui viuens tempore: repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur: & fugit velut vmbra: & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? Quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt: & numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius: qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo: vt quieſcat donec optata veniat; & ſicut mercenarij dies eius.


℟.He i mi hi Domi ne, qui a pec ca ui
ni mis in vi ta me a, quid faciam mi-
ſer, v bi fu gi ã,ni ſi ad te De-
us me us. ℣.Mi ſe re re me-
i dum vene ri s in no uiſſimo
di e. ℣. A nima me a turba-

ta




ta eſt val dè, ſed tu Do mi ne ſu cur-




re e i. ℣.Miſe. Kyri e e leiſon.

Lectio ſexta.

QVis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus: & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putaſne mortuus homo rurſum viuet? Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarum: porriges dexteram. Tu quidē greſſus meos dinumeraſti; ſed parce peccatis meis.



℞.Ne recor de ris pec ca ta me a Do mi-



ne. ℣. Dum vene ris iudi ca re


ſæ culum per i gnem. ℣.Di-
ri ge Do mi ne De us me us in
cõſpectu tuo vi am me am. ℟.Dum.
℣.Re qui e m æ ternam do na e is Do-
mi ne, & lux perpe tua lu ce at e-
is. ℟.Dum.Ky ri e e le iſon.

In

In tertio Nocturno. *Antiphona.*



COmpla ceat tibi Domine, vt e ri pias me



- ad adiuuandum me re ſpice. Expectans.

EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro. Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Domino. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi. Annunciaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum. Sàcrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo Domine tu ſciſti. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam: à concilio multo. Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me. Quoniam circundederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.


Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei : & cor meum dereliquit me. Complaceat tibi Domine vt eruas me : Domine ad adiuuandum me reſpice. Confundantur & reuereantur ſimul : qui quærunt animam meam vt auferant eam. Conuertantur retrorſum & reuereantur : qui volunt mihi mala. Ferant confeſtim confuſionem ſuam : qui dicunt mihi euge, euge. Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te : & dicant ſemper magnificetur Dominus qui diligunt ſalutare tuum. Ego autem mendicus ſum, & pauper : Dominus ſolicitus eſt mei. Adiutor meus, & protector meus : tu es Deus meus ne tardaueris. Requiem.



BEatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem : in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra : & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius : vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi, Domine miſerere mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi : quando morietur & peribit nomen eius. Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur : cor eius congregauit iniquitatem ſibi? Egrediebatur foras : & loquebatur in idipſum. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei : aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum

uerſum me: nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat? Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Me autem propter innocẽtiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & in ſæculum: fiat, fiat. Requiem.

Antiphona.



QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. In voce exultationis & confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare

Quare triſtis es anima mea : & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei, & Deus meus. Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à mõte modico. Abyſſus abyſſum inuocat : in voce cataractarum tuarum. Omnia excelſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſierunt. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam : & nocte cãticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ : dicam Deo ſuſceptor meus es. Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo : dum affligit me inimicus? Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dũ dicunt mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei, & Deus meus. Requiem.

Antiphona.




℣. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. *Secretò.* Pater noſter.

Lectio ſeptima.

SPiritus meus attenuabitur : dies mei breuiabuntur : & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui : & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te : & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem : & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero : infernus domus mea eſt : & in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea : & patientia mea? Tu es Domine Deus meus.

℟. Pec-



℞. Peccantem me quo ti di e, & non me pœ-
ni ten tem timor mortis con tur bat
me. ℣.Quia in infer no nulla eſt redempti o,
miſerere me i De us, &
ſalua me. ℣.Deus in nomine tuo ſaluum
me fac,& in virtute tu a li be ra
me.



me. ℣. Quia. Ky ri e e lei ſon:

Lectio octaua.

PElli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum : & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei: ſaltem vos amici mei : quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus: & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat : vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det : vt exarentur in libro ſtylo ferreo : & plumbi lamina vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quod redemptor meus viuit : & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſus circundabor pelle mea : & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe : & oculi mei conſpecturi ſunt : & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea : in ſinu meo.



℟. Domine ſecũdum actum me um no li me



iu di ca re, nihil dignum in conſpectu


ſpectu tu o e gi i de o
de pre cor ma ie ſtatem tu-
am. ℣. Vt tu De us dele a-
s iniqui ta te m me am.
℣. Ampli ùs la ua me Domine ab iniu-
ſti ti a me a, & à delicto me o


mun-



munda me. ℣. Vt: Kyri e eleiſon.

Lectio nona.


QVare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret? Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo: vt plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam: & opertam mortis caligine. Terram miſeriæ & tenebrarum: vbi vmbra mortis, & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat.




℟. Libe ra me Do mi ne de vijs infer ni,




qui portas ære as confre gi ſti, & viſita ſti




infernum, & dediſti eis lumen: vt vide rent te.




te. ℟.Qui erant in pœ nis tenebrarum. ℣.Cla-




mantes , & di cētes,adue ni ſti Re demp tor



no ſter. ℟.Qui erant. ℣.Re quiem æ ternam do-



na e is Do mi ne, & lux perpe tu a lu-



ce at e is. ℟.Qui erant. Ky ri e eleiſon.

Sequens Reſponſorium ſolummodo dicitur in craſtino omnium Sanctorũ : & quandocũque dicuntur tres Nocturni pro defunctis.

Quando autem dicuntur ſimul tres Nocturni, in die depoſitionis fratris defuncti vel Monialis tunc nonum Reſponſorium dicatur : Libera me Domine de vijs inferni , *quia Reſponſorium.* Libera me Domine de morte æterna , *dicendum eſt ante Lau-*

des eiuſdem officij : vbi ſic notatur, & hoc eſt ſecundum ordinarium, vt in eodem officio idem Reſponſorium bis non repetatur.




i ra. ℟.Quādo. ℣.Dies illa, di es i ræ cala-
mita tis & miſe ri æ, dies magna, & a ma-
ra valde. ℟.Dum ve. ℣.Requiem æternam dona
e is Domine,& lux perpetu a lu ce at eis.
Ad Miſſam.
Introitus.
℞.Libe ra. Ky ri e elei ſon.
R E quiem æ ter nam do na e is
Dd a Do-



Domi ne, & lux perpe tu a lu-
ce at e is. ℣. Te de cet hymnus
Deus in Sion: Et tibi reddetur votum in Hieru-
ſalem: exaudi ora tionem meam, ad te omnis
caro veni et. Re quiem. Ky ri e *iij.* elei-
ſon. Chri ſte e *iij.* leiſon. Ky ri e e *ij.*
leiſon.


Reſponſoriū.
Ky ri e e leiſon. Re quiem
æter nam do na e is. Do-
mi ne, & lux perpe-
tu a lu ce at e-
is. ℣. In memo ri a æter na e-
rit iu ſtus, ab auditi o ne ma-


la non ti me bit.
Tractus.
AB ſol ue Do mi ne a nimas om-
nium fi de lium defuncto ru m
ab om ni vin culo de li cto ru-
m. ℣. Et gra ti a tua illis ſuccurren te
mere an tur e ua dere iudi cium
vltio-




vlti o ni s. ℣. Et lu cis æter-




næ be a ti tu di ne per frui.


IN DIE OBITVS, SEV DEpoſitionis defuncti, & in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.



Dies iræ, dies il la, ſoluet ſæclum in fauilla, Te-




ſte Dauid cũ Sybilla. Quantus tremor eſt futu rus,



Quando iu dex eſt vẽturus, Cũcta ſtricte diſcuſſurus.


Tuba mi rum ſpargens ſo nũ,Per ſepulchra regio num,
Coget omnes ante thronum. Mors ſtupe bit
& na tu ra, Cum reſurget cre a tu ra, Iudi can-
ti reſponſura. Liber ſcriptus pro fere tur , In
quo to tum continetur , Vnde mundus iudice tur.
Iudex er go cum ſedebit, Quidquid latet apparebit,

Nil


Nil inultũ remanebit. Quid ſum miſer tunc dictu-
rus? Quem patronum rogaturus? Dum vix iuſtus ſit ſe-
curus. Rex tremẽdæ maie ſta tis, Qui ſaluan dos ſal-
uas gratis, Salua me fons pieta tis. Recordare Ieſu
pi e, Quod ſum cau ſa tuæ viæ, Ne me perdas
il la di e. Quærens me ſe di ſti laſſus. Re-


demiſti,crucẽ paſſus: Tantus la bor nõ ſit caſſus. Iu-
ſtè iu dex vlti onis,Donũ fac remiſſi o nis; Ante
di em ra ti onis. In gemiſ co,tanquam re us:
Culpa rubet vultus me us: Supplican ti parce
Deus.Qui Ma ri am ab ſolui ſti , Et latro nem
exaudi ſti : Mi hi quoq; ſpem dediſti. Preces

meæ


me æ non ſunt dignæ. Sed tu bo nus fac benigne:
Ne pe ren ni cremer igne. Inter oues locum
præ ſta, Et ab hœdis me ſequeſtra, Sta tu ens
in parte dextra. Confuta tis male di ctis. Flãmis a-
cribus addictis, Voca me cum benedictis. Oro ſup-
plex, & accli nis: Cor contritum, qua ſi ci nis:

Gere


Gere cu ram mei finis. Lacrymo ſa di es
il la, Qua reſurget ex fauil la, Iudi can dus
homo reus. Huic ergo parce De us, Pie Ieſu
Domi ne, Dona eis requi em, A men.
Offertorium.
DOmi ne Ie ſu Chri ſte rex glo-
ri æ libe ra a nimas omnium
fide-


fi de li um de functo rum de pœ nis in-
fer ni, & de profundo la cu libera eas
de o re le o nis ne abſorbe-
at eas tar ta rus, ne cadant in obſcu rum,
ſed ſigni fer ſanctus Micha el repræſentet
e as in lu cem ſan ctam.

℣.Quam


℣. Quam o lim Abrahæ promi ſi ſti, & ſe-
mi ni e ius. ℟. Hoſti as & pre-
ces tibi Domi ne lau dis of ferimus,
tu ſuſ ci pe pro anima bus illis quarum
hodi e memori am fa cimus: fac e as Domi-
ne de morte tran ſi re ad vitam. ℟. Quam.

San-


Sanctus, Sãctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth.
Pleni ſunt cæ li & terra glori a tu a, Oſan-
na in excel ſis. Benedictus qui venit in
nomine Domini, Oſan na in excel ſis.
AGnus De i qui tollis peccata mundi,
dona eis requiem. ℣. Agnus De i qui

tollis



Qua finita, celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, exuitur caſula, accipit pluuiale nigrum, ſubdiaconus cum Cruce, & cæteri ſuo ordine, cum luminaribus ſtent in circuitu feretri, & ſacerdos abſolutè incipiat in medio tono orationem. Si prius non eſt dicendum ℟. Domine quando veneris. *Luminaria accenduntur.*

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omnium pec-

peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non ergo eum quæſumus tua iudicialis ſententia premat: quē tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat: ſed gratia tua illi ſuccurrente, mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret inſignitus eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Qui viuis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Qua finita repetitur. ℟. Subuenite. *fol.* 387. *Cū ſuis verſ. Cum dicitur* Kyrie eleiſon, *celebrans ponit incenſum in turibulum, miniſtrante diacono nauiculam, incœpto* Pater noſter, *accipit Aſperſorium de manu diaconi, & facta altari reuerentia, comitante diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aſpergit circuiens feretrum, vel locum paratum. Cum tranſit ante crucem, profunde inclinat, diaconus vero genuflectit, & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem diaconi accipit turibulum, modo quo aſperſerat, incenſat & ſic faciat in duos ſequentibus reſponſorijs: deinde dicat.* ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus.

DEus cui omnia viuunt & cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutātur in melius: te ſupplices deprecamur: vt ſuſcipi iubeas animā famuli tui. *N.* per manus ſanctorum Angelorum deducendam in ſinum amici tui Abrahæ Patriarchæ reſuſcitandamq́ue in nouiſſimo iudicij magni die: & quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius & miſericors abluas indulgendo. Per Criſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Qua finita cantatur. ℟. Ne recorderis. *fol.* 407. ℣. Dirige. ℣. Requiem. Kyrie eleiſon. *Et ſacerdos ſicut prius.* Pater noſter. *&c vt ſuprà.* Oremus.

FAc quæſumus Domine hanc cum ſeruo tuo defuncto miſericordiam: vt factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem: vt ſicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis: ita illic eum tua miſeratio ſociet angelicis choris. Per Chriſtum. *Deinde cantatur.* ℟. Libera me. *fol.* 418. ℣. Tremens. ℣. Dies. ℣. Requiem.


℟. Libera me. *&c. vt ſuprà. Deinde cantatur.* Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta inferi. ℣. Requieſcat in pace. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus. ℟. Et cum.


Oremus.

Abſolue quęſumus Domine animam famuli tui: *N.* vt defunctus ſæculo tibi viuat: & peccata quæ per fragilitatem carnis humana conuerſatione commiſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum.

Finita oratione portatur ad tumulũ: & dum portatur, cantores incipiant has Antiphonas.

Antiphona.





paupe re æternam ha be as requi em.


Cantatis Antiphonis, cantor incipiat in perſona defuncti Antiphonam Aperite : *& cum peruentum fuerit ad tumulum, Sacerdos dictis Antiphonis dicat orationem ſine cantu. Luminaria extinguuntur.*

Oremus.

DEus qui fundaſti terram : & formaſti cælos : qui loca ſyderibus ſtabilita fixiſti : qui captiuum laqueo mortis hominen lauacri ablutione reparaſti : qui ſepultos Abrahã, Iſaac, & Iacob in ſpelunca duplici in libro vitæ atque totius gloriæ principes annotaſti benedicendos : ita bene ✠ dicere digneris hunc tumulum famuli tui. *N.* vt hic eum requieſcere facias: & in ſinu Abrahæ, Iſaac & Iacob collocare digneris : qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum contritis laqueis infernorum credentium reſurgere ſe ſuorumque membra reſuſcitare voluiſti : reſpice Domine ſuper hanc fabricam ſepulturæ, deſcendat ad eam Domine Spiritus tuus ſanctus: vt te iubente ſit in hoc loco famulo tuo quieta dormitio, & tempore iudicij cum ſanctis tuis omnibus vera reſuſcitatio, præſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto : qui tecum & cum eodem Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Dicta oratione, aſpergat corpus & tumulum, & ſimiliter incenſetur. Dum cantantur Antiphonæ & Pſalmi, ſacerdos dicat iuxta ſepulturam orationes quæ habentur. fol.443.

Antiphona.



A Pe ri te mi hi portas iuſti ti æ, & ingreſſus in



CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicat nunc Iſraël quoniam bonus: quoniam in ſæculũ miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in ſæculum miſericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in Domino: quam confidere in homine. Bonum eſt ſperare in Domino: quam ſperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Circundantes circundederũt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Dñi quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum vt caderem: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem. Non moriar ſed viuam: & narrabo opera Domini. Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine ſaluum me fac, ô Domine bene-

pro-

proſperare; benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Conſtituite diem ſolemnem in condenſis: vſque ad cornu altaris. Deus meus es tu & confitebor tibi: Deus meus es tu & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.


Requiem æternam.



Quemadmodum deſiderat.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum Dei. In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis. Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam

adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei & Deus meus. Ad me ipſum anima mea conturbata eſt : propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico. Abyſſus abyſſum inuocat : in voce cataractarum tuarum. Omnia excelſa tua & fluctus tui : ſuper me tranſierunt. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam : & nocte canticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ : dicam Deo ſuſceptor meus es. Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo : dum affligit me inimicus? Dum confringuntur oſſa mea : exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus: quare triſtis es anima mea & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus me. Requiem.



Hic extrahitur corpus à lectulo : & ponitur ſuper terram.

MEmento Domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. Sicut iurauit Domino : votum vouit Deo Iacob. Si intro-

troiero in tabernaculum domus meæ : ſi aſcẽdero in lectũ ſtra-ti mei. Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Effrata: inuenimus eam in campis ſyluæ. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Surge Domine in requiem tuam: tu & arca ſanctificatio nis tuæ. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent. Propter Dauid ſeruum tuum: non auertas faciem Chriſti tui. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum vſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi. Hec requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicẽs benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus. Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Requiem æternam.

Hic ponitur in fouea.





8



reſuſcita me in nouiſſimo die. Domine probaſti.

DOmine probaſti me & cognouiſti me : tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longe : ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas præuidiſti : qūia non eſt ſermo in lingua mea. Ecce Domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua : tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me : confortata eſt & non potero ad eam. Quo ibo à ſpiritu tuo : & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum tu illic es : ſi deſcendero in infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculò : & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me : & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabūt me : & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ non obſcurabūtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur : ſicut tenebræ eius ita & lumen eius. Quia tu poſſediſti renes meos : ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es : mirabilia opera tua & anima mea cognoſcet nimis. Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto : & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur : dies formabuntur & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus : nimis confortatus eſt principatus eorum. Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur : exurrexi & adhuc ſum tecum. Si occideris Deus peccatores : viri ſanguinum declinate à me. Quia dicitis in cogitatione : accipient in vanitate ciuitates ſuas. Nonne qui oderunt te Domine oderam : & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio

oderam

oderam illos : & inimici facti ſunt mihi. Proba me Deus, & ſcito cor meum : interroga me,& cognoſce ſemitas meas. Et vide,ſi via iniquitatis in me eſt : & deduc me in via æterna. Requiem æternam.

Hic accedens ſacerdos accipit paululum terræ in pala,faciatq́ ſignum ſanctæ Crucis cum illa ſupra corpus , & mittat ſupra illud terram , deinde cooperiatur terra.



DOmine exaudi orationem meam , auribus percipe obſecrationem meam : in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo : quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam : humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi : & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus,in me turbatũ eſt cor meũ. Memor fui dierũ antiquorũ,meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuũ tuarũ meditabar. Expandi manus meas ad te:anima mea ſicut terra,ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Dñe: defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me·&

ſimilis ero deſcendẽtibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viã in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis, Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meã: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum. Requiem.


Antiphona.



tiam



tiam ſi mortuus fue rit viuet,& omnis qui viuit,

 2

& credit in me,nõ mori e tur in æ ternum.Benedictus.

ORemus fratres chariſſimi pro ſpiritu fratris noſtri quem Dominus de laqueo huius ſæculi liberare dignatus eſt: cuius corpuſculum hodie ſepulturæ traditur : vt eum pietas Domini in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum iudicij dies aduenerit, inter ſanctos & electos ſuos cũ in parte dextera collocandum reſuſcitari faciat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oremus.

DEus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora,ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur : vt quicquid anima famuli tui. *N.* vitiorum tuæque voluntati contrarium fallente diabolo, ſeu propia iniquitate, vel fragilitate cõtraxit, tu pius ac miſericors abluas indulgendo, eamque ſuſcipi iubeas per manus ſanctorum Angelorum tuorum deducẽdam in ſinum Patriarcharum & Prophetarum tuorum Abrahæ. ſ. amici tui, Iſaac electi tui: & Iacob dilecti tui: quo aufugit dolor atque triſtitia & ſuſpirium. Fidelium quoque animæ fœlici iucunditate lætentur : & in nouiſſimo iudicij magni die inter ſanctos & electos tuos, eum facias perpetuæ gloriæ percipere portionem : quam oculus non vidit, nec auris audiuit & in cor hominis non aſcendit,quam præparaſti diligentibus te. Per Chriſtum. Oremus.

TEmeritatis quidem eſt Domine : vt homo hominem, cinis cinerem, mortalis mortalem tibi Domino Deo noſtro

ſtro audeat commendare: ſed quia terra ſuſcipit terram & pul uis conuertitur in puluerem donec omnis caro in ſuam rediga tur originem: inde tuam pijſſime pater lachrymabiliter quæſumus pietatem: vt huius famuli tui. *N.* animam quam de huius ſæculi cenulenta voragine ducis ad Patriam, Abrahæ amici tui ſinu recipias: & refrigerij rore perfundas: ſit ab æſtuãtis gehennæ truci incendio ſegregata: & beatæ requiei tuæ te donante coniuncta: & ſi quæ ſunt illi Domine dignæ cruciatibus culpæ: tuæ ei gratia mitiſſimæ lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem: cumq́; finito mundi termino ſupernum cunctis illuxerit regnum: nouus homo ſanctorum omnium cœtibus aggregatus: cum electis tuis reſurgat in parte dextera coronandus. Per Chriſtum.

Oremus.

OPus eſt miſericordię Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus rogare pro alijs: & qui pro noſtris ſupplicare peccatis nequaquam ſufficimus: ſuſcipere rogamus animam famuli tui. *N.* reuertentem ad te: adſit ei Angelus teſtamenti tui Michael: & per manus ſanctorum Angelorum tuorum inter ſanctos & electos tuos in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera eam Domine de principibus tenebrarum & de locis pœnarum: ne famulus tuus vllis tam primæuæ natiuitatis, vel ignorantiæ confundantur erroribus: agnoſcatur à tuis: & miſericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerij & quietis in ſinu Abrahæ transferatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Oremus.

DEbitum humani corporis ſepeliẽdi officium fideliũ more complẽtes: Deum cui omnia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus fratris noſtri, *vel ſororis noſtræ. N.* à nobis in infirmitate ſepultum: in ordine ſanctorum ſuorum reſuſcitet, & eius ſpiritum ſanctis ac fidelibus aggregari iubeat: cum quibus inenarrabili gloria, & perenni fœlicitate perfrui mereatur. Per Chriſtum.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus qui humano corpori animam inſpirare dignatus es: dum te iubente puluis redit in puluerem: tu imaginem tuam cum ſanctis & electis tuis æternis ſedibus iubeas aſſociari. Per Chriſtum Doninum noſtrum. ℟. Amen.


His peractis poſtquam ſepultus fuerit corpus, ſacerdos aſpergat tumulum aqua benedicta, poſtea dicat Antiphonam. Ego ſum. *Dicto,* Benedictus, *repetatur Antiphona: & ſacerdos dicat:* Pater noſter. *Et omnes ſub ſilentio dicant: quo finito ſacerdos.*


℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Non intres in iudicium: cum ſeruo tuo Domine. ℟. Quia non iuſtificabitur: in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.


SAtisfaciat tibi quæſumus Domine Deus noſter pro anima famuli tui. *N.* fratris noſtri *ſacerdotis* beatiſſimæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ: & ſanctiſſimi Confeſſoris tui Patris noſtri Franciſci: omniumque Sanctorum tuorũ oratio: & præſentis familiæ tuæ humilis & deuota ſupplicatio: vt peccatorum omnium veniam quam precamur obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine redemiſti. Qui tecum & cum Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Poſtea ſacerdos dicat totum. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen. *Et ſtatim cantores incipiant.* ℟. Memento. *vt ſuprà fol.* 404.





mi ne, & lux perpe tua lu ce-




at e is. ℟. Nec. ℣. Kyri e e le i ſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. A porta inferi ℣. Requieſcat in pace. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui. *N.* fratris noſtri vt defunctus ſæculo tibi viuat: peccata quæ per fragilitatem mundanæ conuerſationis commiſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Duo Cantores dicant. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. *Et reuertantur in ſacrarium cantando in medio tono.* Deprofundis.

VESPERAE DEFVNCTORVM.

Antiphona.



PLacebo Domino in regione viuorũ. Dilexi.


DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui. O Domine libera animam meam, miſericors

Domi-

Dominus & iuſtus : & Deus noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos Dominus : humiliatus ſum & liberauit me. Conuertere animã meã in requiem tuam : quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis : pedes meos à lapſu. Placebo Domino : in regione viuorum. Requiem.



mine



mine quis ſuſtinebit? *Pſalm.* De profundis. *Antiph.* O Pe ra



manuū tuarū Domine ne deſpi ci as. Confitebor tibi.

C Onfitebor tibi Domine in toto corde meo : quoniam audiſti verba oris mei. In cōſpectu Angelorum pſallam tibi : adorabo ad templū ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & veritate tua : quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. In quacunque die inuocauero te exaudi me : multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs Domini : quoniam magna eſt gloria Domini. Quoniam excelſus Dominus & humilia reſpicit : & alta à longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam : & ſaluū me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me, Domine miſericordia tua in ſæculum : opera manuum tuarum ne deſpicias. Requiem æternam.

Antiphona.




Ope ra.

℣. Audiui vocem de cælo, dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur. *Ad Mag. Añа.*




O Mne quod

dat



dat mihi Pa ter ad me ve ni et, & eum qui ve-




nit ad me non eij ciam foras. *Pſal.* Magnificat.

AD SEPELIENDVM DEFVNCTVM ſæcularem.




SVbue ni te ſancti De i oc-



cur ri te An ge li Domi ni




ſuſcipi en tes animam e ius. ℟. Offe rentes




e am in conſpe ctu Al tiſſi mi.



℣. Suſcipiat te Chri ſtus qui vo cauit



te, & in ſinu Abrahæ An ge li dedu-




cant te. ℟. Offe rentes. Kyri e eleiſon.

Quo finito ſacerdos dicit alta voce. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriẽdo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur, vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui, *vel famulæ tuæ*, per manus ſanctorum Angelorum deducẽdam in ſinum amici tui Abrahæ Patriarchæ, reſuſcitandãq; in nouiſſimo iudicij magni die, & quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius & miſericors abluas indulgendo. Per Chriſtum Dominum.


Tunc defertur corpus ad tumulum, & cum defertur cantantur à choro hæ Antiphonæ.

Antiphona.




IN paradiſũ deducãt te Ange li in tuo aduẹn tu

ſuſci-




ſuſ cipi ant te Marty res, & perducăt te in ciui ta tem




ſanctam Hieruſalem. Cho rus Angelo rum te ſuſci-



piat, & cum La za ro quōdā paupere æternā habeas re-




qui em. Omnis ſpiritus laudet Dominum. E-



go ſum reſurrecti o & vi ta, qui credit in me eti-



am ſi mortu us fu e rit viuet, & omnis qui viuit, &



credit in me nõ morietur in æternum. Benedictus.

Poſito iuxta ſepulturam feretro priuſquā extrahatur corpus ſacerdos dicat hanc orationem ita quòd à circunſtantibus audiatur

 bene-

benedicendo ſepulturam. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus.

DEus qui fundaſti terrã formaſti cælos, qui loca ſyderibus ſtabilita fixiſti, qui captiuũ laqueo mortis hominẽ, lauacri ablutione reparaſti: qui ſepultos Abrahã, Iſaac, & Iacob in ſpelũca duplici in libro vitę atq; totius glorię principes annotaſti benedicendo: ita benedicere ✠ digneris hunc tumulum famuli tui, *vel famulæ tuæ*, vt hic eum, *vel eam* requieſcere facias, & in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob collocare digneris, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum contritis laqueis infernorum credentium reſurgere ſe ſuorumq; membra reſuſcitare iuſsiſti: reſpice Domine ſuper hanc fabricam ſepulturæ: deſcendat ad eam Domine Spiritus tuus ſanctus, vt te iubente ſit in hoc loco famulo tuo, *vel famulæ tuæ* quieta dormitio: & tempore iudicij tui cum Sanctis omnibus vera reſuſcitatio: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui tecum & cum eodem Spiritu ſancto viuit & regnat.

Deinde aſpergat ſepulturã aqua benedicta, & corpus quod eſt in feretro. Dehinc ponatur corpus in ſepultura, & priuſquã cooperiatur terra: accipiens ſacerdos paululũ terræ in pala, faciat ſignũ S. Crucis cũ illa ſupra corpus, & mittat ſupra illud terrã. Deinde cooperiatur corpus terra. Et finitis his quæ in choro dicuntur ſacerdos alta voce dicat. ℣. Pater. ℣. Et ne. ℣. Nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo, *vel ancilla* tua Dñe. ℟. Quia ℣. A porta inferi. ℟. Erue. Requieſcant. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs. Oremus.

SAtisfaciat tibi quæſumus Dñe Deus noſter, pro anima famuli tui, *vel famulæ tuæ*, beatiſsimę Dei genitricis ſemperq; Virginis Mariæ, & ſanctiſsimi Cõfeſſoris tui P.N. Frãciſci, omniũq; Sãctorũ tuorũ oratio, & præſentis familiæ tuæ humilis, & deuota ſupplicatio, vt peccatorũ omniũ veniam quã precamur obtineat, nec eũ, *vel eã* patiaris cruciari gehẽnalibus flãmis, quẽ *vel quam* Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine redemiſti. Qui tecũ, & cũ Spiritu ſancto. ℣. Anima eius, & animę omniũ fideliũ defunctorũ: per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. *Quo facto reuertatur ad ſacrarium ſacerdos.*

OFFI-

OFFICIVM SEPVLTVRÆ paruulorum Chriſtianorum.

Q*Vando puer extrahitur de domo incipitur Pſalmus.* Beati immacul. *Pſalmus.* Laudate pueri. ℣. Gloria *Quādo puer eſt in Eccleſia incipitur Antiphona.* Hic accipiet benedictionem à Domino & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo: quia hæc eſt generatio quærentium Dominum. *Pſalmus.* Domini eſt terra. *Quo finito dicatur.* Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus.

OMnipotens & mitiſſime Deus, qui omnibus paruulis rēnatis baptiſmate dum migrant à ſæculo ſine vllis eorum meritis vitam illico largiris æternam: ſicut animam huius paruuli, *vel paruulæ* credimus te feciſſe: fac nos quæſumus Domine per interceſſionem beatæ Mariæ Virginis & omnium Sanctorum tuorum purificatis tibi mentibus famulari: & paradiſo beatis paruulis ſociari. Per Chriſtum. ℟. Amen. *Dum portatur ad tumulum, dicatur Pſalmus.* Benedicite omnia opera Domini. *Antiphona.* Iuuenes & Virgines, ſenes cum iunioribus laudate Dominum. *Pſalmus.* Laudate Dominum de cælis. *Deinde Antiphona.* Iuuenes. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium eſt enim regnum cælorum. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator: qui animam huius paruuli, *vel paruulæ* ad regnum cælorum hodie miſericorditer vocare dignatus es: concede nobis ita miſericorditer agere: vt meritis tuæ ſanctiſſimæ paſſionis. & interceſſione beatæ Marię Virginis, & omnium Sanctorum: in eodem regno nos cum omnibus ſanctis tuis, & electis facias cōgaudere cæleſtibus. Qui viuis & regnas in ſæcula

ſæculorum. ℟. Amen. *Quando reuertitur ad Eccleſiam dicitur Aña.* Benedicite Dñm omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi. *Pſal.* Benedicite omnia. *Oratio.* Omnipotẽs & mitiſſime. *vt ſup. Oratio.* Deus, qui corda fidelium. *&c.* *Oratio.* Concede nos famulos. *Oratio.* Deus, qui miro ordine. &c.

PROCESSIO FERIÆ SECVNdæ pro defunctis.

I*N omnibus ferijs ſecundis totius anni (niſi in illis venerit aliquod feſtũ duplex, & in feria ſecũda hebdomadæ ſanctæ) fit proceſſio pro defunctis in qua dicuntur, quæ hic ſequuntur.* ℟. Credo quod. *&c.* Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

2. DEus, qui inter Apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos Põtificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: preſta quęſumus: vt eorum quoq; perpetuo aggregentur cõſortio. Per Chriſtum. ℟. Amen. ℟. Qui Lazarum. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

3. DEus veniæ largitor & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiã tuam: vt noſtrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt: B. Maria ſemper Virgine intercedẽte cum omnibus ſanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis conſortiũ peruenire concedas. Per. ℟. Domine quando veneris. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

4. DEus, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt: famulis & famulabus tuis omnibus hic, & vbiq; in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus abſoluti: tecum ſine fine lætentur. Per Chriſtum. ℟. Memẽto. *&c.* ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

5. ANimabus quæſumus Domine famulorum famularumq; tuarum miſericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat

ciat in æternum quod in te ſperauerunt & crediderunt. Per Chriſtum Dominum.

℞.Hei mihi Domine.*&c.*℣.Pater noſter.℣. Et ne nos. ℣.Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus qui nos patrem & matrem honorare præcepiſti:miſerere clementer animabus parentum noſtrorum eorumq́ue peccata dimitte: noſq́ue eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Chriſtum. ℞. Libera me Domine de vijs inferni.*&c.*℣.Pater noſter.℣.Et ne nos.℞.Sed libera.℣.A porta inferi. ℣.Requieſcant in pace. ℣.Domine exaudi. ℣.Dominus vobiſcum. Oremus.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumq́ue tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgētiam quam ſemper optauerunt: pijs ſupplicationibus cōſequantur.Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum.℞.Amen.℣.Requiem æternam dona eis Dñe. ℞.Et lux perpetua. ℣.Requieſcant in pace.℞.Amen.

PROCESSIO IN DIE OMnium fidelium defunctorum.

EOdem modo fit proceßio in die cōmemorationis omnium fidelium defunctorum, in qua duo cantores dicunt officiū: & dicto primo ℞.incenſatur tumulū, vt habetur in rubrica.fol.433. & in fine proceßionis duo cantores dicant.℣.Requieſcāt in pace. *Et nota quod omnia ℞.quæ dicenda ſunt in particulari extra eandē proceßionē, dicātur ex illis quæ habentur extra illorū eiuſdē proceßionis, & ſimiliter orationes quæ cōueniunt ex ijs quæ ſequūtur.*

Et ſic regula ordinarij ſeruabitur, vt nihil in ea proceſsione, bis repetatur. *Pro vno defuncto.*

INnclina Dñe aurem tuam ad preces noſtras quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur:vt animam famuli tui quam de hoc ſæculo migrare iuſſiſti. in pacis ac lucis regione conſtituas: & ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortem. Per.

Alia Oratio.

ABſolue quæſumus Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorũ: vt in reſurrectionis gloria, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per.

Pro vna defuncta Oratio.

QVæſumus Domine pro tua pietate miſerere animę famulæ tuæ; & à contagijs mortalitatis exutã: in æternæ ſaluationis partem reſtitue. Per Chriſtum.

Alia Oratio.

INueniat quæſumus Domine anima famulæ tuæ lucis æternæ conſortium: cuius perpetuæ miſericordiæ conſecuta eſt ſacramentum. Per Chriſtum Dominum.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

PRopitiare quæſumus Domine animabus famulorum famularumque tuarum, miſericordia ſempiterna: vt mortalitatis nexibus expeditas: lux eas æterna poſſideat. Per Chriſtum.

Alia Oratio.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: propiciare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis abſolutæ: tranſire mereantur ad vitam. Per Chriſtum.

Oratio.

ANimabus quæſumus Domine famulorum famularumq; tuarum oratio proficiat ſupplicãtium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis & regnas.

Oratio.

DEus cui ſoli competit medicinam prȩſtare poſt mortem, præſta quæſumus: vt animæ famulorum famularumq; tuarum terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte numerentur. Per Chriſtum.

Oratio.

SVpplices Domine pro animabus famulorum famularumq; tuarum preces effundimus obſecrantes: vt quicquid conuerſatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum ſede lætantium conſtituas redemptorum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

AD RECIPIENDVM NOVItios ad habitum noſtri Ordinis.

IN primis facto ad hoc ſigno, vel alio quouis modo, congregatis fratribus, petiturus habitum accedens humiliter genibusflexis ante Prælatum, vota ſua & deſiderium aſſumendi habitum exprimat, quē prius Prælatus interroget, vt in regula noſtra continet, & quædam iuxta noſtrarum conſtitutionum ſeriem ordinata ſigillatim, & quæ hic ſequuntur.

Sit Catholicus & fidelis.	Filius legitimus.
Nullo errore ſuſpectus.	Liber ab ære alieno.
Non ligatus Matrimonio.	Nulla infamia maculatus.
Sit ſanus in corpore.	Competenter literatus.
Diſpoſitus in voluntate.	Vtilis ad labores religionis.

Quod ſi noſtro ordini idoneum, ſufficientemque fore probauerit, honeſtatem, perfectionem, atque excellentiam tanti ordinis ſimulq́ꝫ labores oneri vitæque aſperitatem annuntians, nec non præmia & cæleſtes conſolationes, quæ experiri ſolent, huius regulæ profeſſores, ad tanti vitæ profeſſionem allicere. Quibus peractis, ſæcularibus exui veſtibus præcipiat, & ſequentem orationem pronunciet.

EXuat te Dominus veterem hominem, cum actibus ſuis: & induat te nouum: qui ſecundum Deum creatus eſt.

Multis.

EXuat vos Dominus veterē hominem, cum actibus ſuis: & induat vos nouum: qui ſecundum Deum creatus eſt.

Hic induat habitum dicens.

DOmine Ieſu Chriſte qui dixiſti iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue: præſta quæſumus: vt ſic illud deportare valeat in perpetuum totaliter: vt poſſit cōſequi tuam gratiam in preſenti: & tuam gloriam in futuro. Per Chriſtum.

Multis.

DOmine Ieſu Chriſte qui dixiſti iugum meum ſuaue eſt: & onus meum leue: præſta quæſumus: vt ſic illud de-

portare valeant: in perpetuum totaliter: vt poſsint conſequi tuam gratiam in præſenti: & tuam gloriam in futuro. Per Chriſtum Dominum.

Indutus habitus, ponant ei caputium dicens,

POne Domine caputium ſalutis in capite eius: ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. *Multis.*

POne Domine caputium ſalutis in capitibus eorum: ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Chriſtum Dominũ.

Caputio induto, præcingant chorda dicens.

PRæcingat te Dominus cingulo fidei: & virtute caſtitatis lumbos tui corporis exprimendo: extinguat in eis humorem libidinis: vt iugiter maneat in eis tenor totius caſtitatis Per Chriſtum. *Multis.*

PRæcingat vos Dominus cingulo fidei: & virtute caſtitatis lumbos veſtrorum corporum exprimēdo: extinguat in eis humorē libidinis: vt iugiter maneat in eis tenor totius caſtitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt indutum habitum probationis, dicant ſine cantu Hymnũ.

VEni creator ſpiritus. *Aña.* Aue regina cælorum. *Aña.* Salue ſancte pater. *Quo finito dicat prælatus.* ℣. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terræ. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genetrix, &c. ℣. Ora pro nobis beate Pater Franciſce. ℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da famulo tuo in eodē ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. *Multis.*

DEus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da famulis tuis in eodē ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. *Oratio.*

COncede nos famulos tuos: quæſumus Domine Deus perpetua mētis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa

beatæ

beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſsione: à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. *Oratio.*

DEus qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

PROFESSIO FRAtrum Minorum.

IN primis pulſetur campana capituli, vt moris eſt. Et conueniant omnes fratres etiam hoſpites. Quibus congregatis facto ſigno à Prælato, nouitius facturus profeſsionem genuflectat ante Prælatum, obſecrans humiliter eum & fratres vt in ſocietatem ipſorum velint ipſum recipere: Prælatus intimet profeſſuro ſuos defectus: ad emendationem: & ſpecificet promittenda: quibus finitis, & habitu in crucis modum cum cingulo poſitis, ſurgant fratres & Prælatus abſolutè incipiat.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte qui exiſtens in forma Dei, formam ſerui accipere, in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inueniri vt homo, pro noſtra ſalute dignatus es: te ſuppliciter exoramus: vt iſtum noſtræ religionis habitum in crucis modum pro tuæ paſsionis memoriali depoſitum, bene ✠ dicere digneris, vt famulus tuus *N.* frater noſter, qui pro pœnitentiali ſui corporis tegumento ipſum induit, te per imitationem induat ſaluberrimum, ad omnis perfectionis exemplum. Qui viuis & regnas cum Deo Patre. *&c.*

Oratio ſuper chordam. Oremus.

DEus qui vt ſeruum abſolueres filiũ ligari funibus voluiſti: benedic ✠ quæſumus funem iſtum vt famulus tuus *N.* frater

frater noſter qui eo velut ligamine ſui corporis cingetur, vinculorum eiuſdem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti memor exiſtat, vt in ordine quem aſſumit ſalubriter perſeueret: & tuis cum effectu ſemper obſequijs ſe obligatū eſſe cognoſcat. Per eundem Dominum noſtrum.

Habitus & chorda aſperguntur aqua benedicta, & induendo habitum benedictum Prælatus dicat, Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus:

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus: vt famulum tuum *N.* fratrē noſtrum, cui de tua gratia præſuinentes noſtræ religionis veſtem imponimus: digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento: vt intercedente beato Franciſco Confeſſore tuo: ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis & gloriæ mereatur peruenire. Qui viuis. *&c.*

Hic cingatur chorda à Prælato dicens. Oremus.

DEus qui beato Petro Apoſtolo tuo, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti per alium in ſenectute ipſum fore cingendum: famulum tuum *N.* fratrem noſtrum quem cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua quæſumus charitate præcinge: tui nominis metu conſtringe: & ſalutari chorda: cor eius regulari alliga diſciplina: vt tua ei opitulante gratia: ſolutus & liberatus à mundo: tuoque vinctus ſeruitio, vt in ordinis quem aſſumit obſeruantia, vſq; in finem iugiter perſeueret. Qui viuis. *&c.*

Super indutum, & præcinctum. Oremus.

DEus qui mira Crucis myſteria in tuo deuotiſsimo Confeſſore beato Franciſco multiformiter demōſtraſti: da famulo tuo. *N.* fratri noſtro ipſius ſemper exempla ſectari: & aſsidua eiuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum.

PROFESSIO PRO MVLTIS.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui exiſtens in forma Dei, formam ſerui accipere in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inueniri, vt homo, pro noſtra ſalute dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt iſtos noſtræ religionis habitus, in crucis modum pro tuæ paſſionis memoriali depoſitos, bene ✠ dicere digneris, vt famuli tui N. & N. fratres noſtri qui pro pœnitentiali ſuorum corporum tegumento ipſos induunt, te per imitationem induant ſaluberrimum ad omnis perfectionis exemplum. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oratio ſuper chordam. Oremus.

DEus qui vt ſeruum abſolueres, filium ligari funibus, voluiſti, bene ✠ dic funes iſtos, vt famuli tui. N. &. N. fratres noſtri, qui eis velut ligamine ſuorum corporum cingentur, vinculorum eiuſdem Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti memores exiſtant, vt in ordine quem aſſumunt ſalubriter perſeuerent, & tuis cum effectu ſemper obſequijs ſe alligatos eſſe cognoſcant. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Habitus & chorda aſperguntur aqua benedicta, & induendo habitum benedictum Prælatus dicat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulos tuos N. & N. quibus de tua gratia præſumentes noſtræ religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, vt intercedente beato Franciſco Confeſſore tuo ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruientes, ad ſtolam immortalitatis & gloriæ mereantur peruenire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

DEus qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti per alium in ſenectute ipſum fore cingendū, vt famulos tuos fratres noſtros.

N. &

N. & N. quos cingulo noſtræ fraternitatis præcingimus, tua quæſumus charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & ſalutari chorda cor eorum regulari alliga diſciplina, vt tua eis opitulante gratia ſoluti, & liberati à mundo, tuoq; vincti ſeruitio, vt in ordinis quē aſſumunt obſeruantia vſq; in finem iugiter perſeuerent. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Super indutis & præcinctis. Oremus.

DEus, qui mira crucis myſteria in tuo deuotiſſimo Confeſſore beato Franciſco multiformiter demonſtraſti, da famulis tuis N. & N. fratribus noſtris ipſius ſemper exempla ſectari, & aſſidua eiuſdem crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus finitis & ſedentibus cunctis, Prælatus deputet eum pro laico, vel clerico. Faciatque vt publice renunciet omnibus temporalibus, tam habitis, quam habendis & omni iuri & priuilegio. Commutetq; Prælatus omnia vota ſi qua fecerit, in hunc votum religionis quod facturus eſt, detq; ei libertatem ſi voluerit mutare nomen.

Votum Deo facturus genuflexus manibus intra manus Prælati poſitis corde ad Deum eleuato dicat.

EGo frater *N.* voueo, & promitto Deo, & beatæ Mariæ ſemper Virgini, & beato Franciſco, & omnibus Sanctis: & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam fratrum Minorum, confirmatam per Dominum Papam Honorium, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Reſpondeat Prælatus. Si tu hæc ſeruaueris ego promitto tibi vitam æternam in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen. *Laicis dicatur Hiſpano ſermone.*

Dicatur etiam Hiſpano ſermone, vt omnes intelligant.

YO Fray N. hago voto, y prometo a Dios, y a la bienauenturada ſiempre Virgen Maria, y al bienauenturado ſan Franciſco, y a todos los Sanctos, y a ti padre guardar todo el tiempo de mi vida la regla de los frayles Menores, confirma-

da

da por el ſeñor Papa Honorio, viuiẽdo en obediencia, ſin pro prio y en caſtidad.

Reſponda el Prelado.

SI tu eſtas coſas guardares yo te prometo la vida eterna. En el nombre del Padre, ✠ y del Hijo, y del Eſpiritu ſancto. Amen.

Statim duo cantores in medium eum tenentes incipiant Hymnum. Veni creator. *Quo finito cantores.* ℣. Confirma hoc Deus. *Reſp.* Quod operatus eſt in nobis. *Deinde Prælatus.* ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Ora pro nobis B. P. Franciſce. ℣. Saluum fac ſeruum tuum Domine.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da famulo tuo, *vel famulis tuis*, in eodem ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere.

Oratio.

COncede nos famulos tuos: quæſumus Domine Deus perpetua mẽtis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſsione: à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

DEus qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Oratio.

DEus qui nos à ſæculi vanitate conuerſos, ad brauium ſupernæ vocationis accendis: pectoribus noſtris purificandis illabere: & gratiam nobis qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tuæ muniti præſidijs, quod te donante promiſimus, impleamus, & noſtræ profeſſionis ſectatores effecti: ad ea quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es pertingamus. Per Dominum.

Qui-

Quibus finitis oſculetur manus Prælati, & ſalutet omnes fratres, & reuerſus coram Prælato proſtratus iaceat: qui eum moneat votum ſeruare promiſſum: declaret etiam indulgentias quas lucratus ſit, & recomendet eum deuotè omnibus fratribus.

BENEDICTIO CLAMYDIS,
ſeu habitus mulierum, & paruulorum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus qui veſtimentum ſingulare ad indumentum æternæ iucunditatis, tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, vt hoc indumentum, humilitatem cordis, & mundi contemptum ſignificans, quo famulus tuus *vel famula tua* in ſancto ac firmo propoſito veſtiri deſiderat, propitius bene ✠ dicas, & caſtitatis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat, vt quē, *vel quam* ſacræ religionis veſte induis temporaliter, beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat indumentum, & qui induendus eſt, aqua benedicta: & cum eum induerit, dicat Antiphonam.

Immittat in te Dominus ſanctum religionis amorem, ſanctoque feruore ſuccendaris, & ardeas cæleſtium bonorum deſiderio.

Deinde poſtquam fuerit indutus, dicat orationem. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute ſuſcipiens humanam naturam, te veſtimento carnis induere dignatus es, benedictione ſancta tua bene ✠ dic iſtum *vel iſtam*, famulum tuum *vel famulam tuam*, qui, *vel quæ*, cum omni deuotione ac veneratione beati patris noſtri Franciſci hoc indumentum ſuper ſe ſuſcepit: infunde in eum, *vel in eam*, quæſumus, tuam ſanctam bene ✠ dictionem, vt intercedente ſanctiſſimo patre noſtro Franciſco deſcendat ſuper eū, *vel eam*, gratia tua,

quæ

quæ protegat eum *vel eam* ab omni malo mentis & corporis. Qui viuis & regnas. *Benedictio chordæ.*

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælũ & terram. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiternæ & miſericors Deus, qui pietatis miſericordia, peccatoribus quærentibus veniam, & miſericordiam tribuiſti: oramus immenſam clemẽtiam tuam, vt hanc chordam, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, vt quicunque *vel quæcunque* pro peccatis ſuis cincti *vel cinctæ* fuerint, & miſericordiam tuam implorauerint, veniam & indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequantur. Per.

Et aſpergat eam aqua benedicta.

Cum autem cingitur chorda dicat: Accipe chordam ſuper lumbos tuos, vt ſint lumbi tui præcincti in ſignum caſtitatis, & temperantiæ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, lux vera de vero lumine, quæſumus clementiam tuam, vt per interceſſionẽ beatiſſimi patris noſtri Franciſci Confeſſoris tui: mentem & cor huius famuli tui *vel famulæ tuæ* illumines, vt tibi caſto corpore famuletur & corde mũdiſſimo iugiter placeat. Qui viuis & regnas.

SVFFRAGIA IN CAPITVLIS fratrum dici ſolita.

Peracta confeßione generali, & abſolutione, ſurgãt fratres, & incipitur Pſal. Ad te leuaui. *Pſal.* De profundis. ℣. Requiẽ æternã. ℣. Kyrie eleiſon. ℣. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Memento congregationis tuæ. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas. ℣. A porta inferi. ℣. Requieſcant in pace. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulos tuos Prælatos noſtros, & ſuper cunctas congregationes illis commiſſas ſpiritum gratiæ ſalutaris: & vt in veritate tibi complaceant, perpetuum eis

rorem tuæ benedictionis infunde. *Oratio.*

PRætende Domine famulis & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilij · vt te toto corde perquirant : & quæ digne poſtulant conſequi mereantur. *Oratio.* Deus veniæ largitor. &c. *Oratio.* Fidelium Deus ominum conditor. &c. ℣. Requiem æternam. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Pater noſter.

ABSOLVTIO PRO APOSTATIS.

COngregatis Capitulariter fratribus, & in præſentia omnium adductus Apoſtata, & cognita coram Prælato cæteriſq́ fratribus culpa ſua, petitaq́ ab eodem venia atque pœnitentia, ſurgant omnes fratres, ſtentq́ erecti & legant Pſalmũ. Miſerere mei Deus, *cũ* Gloria Patri, *&* Sicut. *Flagelletur interim Apoſtata, & ad quemlibet verſum ſaltē vnum infligatur verber. Et finito Pſalmo dicitur.* Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Pater noſter. *Secretò. Quo dicto Prælatus dicat.* Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera. ℣. Saluum fac ſeruum tuũ Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Eſto ei Dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere : ſuſcipe deprecationem noſtram : & hunc famulum tuum, quem ſententia excommunicationis ligat : miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Oratio.

AVctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti & beatorũ Apoſtolorum eius Petri & Pauli : & auctoritate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ : & priuilegiorum noſtro ordini conceſſorum mihi in hac parte commiſſa, ego te abſoluo ab iſto vinculo excommunicationis quo teneris, & quo ligaris per Apoſtaſiam; & reſtituo te ſanctis Sacramētis Eccleſiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. ℟. Amen

A D

AD INDVENDVM novitiam Monialem.

Rimo ante miſſam tunicis poſitis & chorda ante altare dum celebratur Miſſa, nouitia & conſanguineæ eius ſibi aſtantes ſtent coram altari tenentes candelas accenſas quas offerant poſt Offertorium ſacerdoti. Finita vero Miſſa ſacerdos accedens illuc, abſolutè incipiẽs dicat. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit. ℣. Sit nomen Dñi benedictũ. ℟. Ex hoc. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum. Oremus.

DEus Pater omnipotens qui per legiferum Moyſem famulum tuũ miniſtris Eccleſiæ ſub typo paſſionis priſcę, legis præcepta dediſti: hanc laneam veſtem quam ſanctus pater noſter Franciſcus miniſter Eccleſiæ diuino amore ferre cõ ſueuit: ſancti ✠ ficare, atq; benedicere, & conſe ✠ crare tuo proprio ore digneris: vt hæc ancilla tua quæ eã cupit induere, exuta ab omni ſorde vitiorum, cum indumento ſanctarum virtutum ea induatur, quatenus ab omni perturbatione callidi inſidiatoris deinceps protecta, in Eccleſia tua ſancta de die in diem renouetur. Per Chriſtum.

Poſtea ſuper eam quæ induenda eſt dicatur hæc oratio.

Oremus.

DEus qui Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exemplar tribuiſti, concede huic Ancillæ tuæ, & ſuæ voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere: Per Chriſtum.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus propitius reſpice ad preces Eccleſiæ tuæ: & huic Ancillæ tuæ quam ad nouam gratiam vocare dignatus es, fidem rectam: charitatem perfectam: humilitatem veram: concede Domine: vt ſit in ea ſimplex affectus & fortis: obedientia perſeuerans: pax perpetua: mens pura: rectum & mundum cor: voluntas bona: conſcientia ſancta. compunctio ſpiritualis: virtus animæ: vita

immaculata: conſummatio irreprehenſibilis: vt viriliter currens, in tuum introire regnum fœliciter mereatur. Qui cum Patre. *&c.* Amen.

His expletis aſpergat ſacerdos nouitiam & tunicas aqua benedicta.

Poſtea ducant eam conſanguineæ eius vſque ad portã Rotæ. quærat ſacerdos ſi libens non inuita, nec coacta ingreditur monaſteriũ Deo ſeruitura, ſi libera eſt, non matrimonio ligata, non oppreſſa ære alieno, cumq́ reſponderit, ſe liberam & libenter intrare. Et ingredi cœperit portam, ſi Virgo fuerit cantetur Antiphona. Veni ſponſa Chriſti. *Cum Pſalmo.* Beati immaculati in via, *cum* Gloria Patri. *In octauo tono. Et ſic cantando ducant eam ſorores ad altare intrinſecum quod eſt in choro. Si vero non fuerit Virgo cantetur Antiphona.* Veni electa mea & ponam in te thronum meum. Alleluia. *Qua finita cantetur Pſalmus.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorũ laudabunt te, *cum* Gloria Patri. *in primo tono. Et ſi neceſſe fuerit, Antiphona & Pſalmus repetantur, quouſque ſit induta. Perueniens autem nouitia ante altare genuflectat & iaceat proſtrata. Interim aliquæ ſorores quandã pallam extendentes nouitiã pannis ſuis exuant. Quam Abbatiſſa, vel alia loco eius ſtatim induat tunicis benedictis, dicendo* Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, & induat te nouum, qui ſecundum Deũ creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Qua induta dicat ſacerdos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte paſtor bone, qui animam tuam pro ouibus tuis poſuiſti: fac ancillam tuam ſacro habitu indutam, ante tuum conſpectum cum iuſtitia viuere: & ad miſericordiam tuam cum fructu bonorum operum peruenire. Concede tribueq; ei, in fide obediẽtiam, in labore virtutem: in affectu deuotionem: in actu proſperitatem: in victu abundantiam: in pace lætitiam, in conuerſatione gratiam: in tribulatione patientiam, in languoribus ſanitatis tuæ medicinam: quatenus in hoc præſenti tempore per ſemitam iuſtitiæ

cum

cum fœlicitate percurrat, vt te venturum iudicem, in nouiſſimo die cum magna hilaritate ſuſcipiat. Qui cum Patre. *&c.*

Poſt hæc incipiat cantor Hymnum. Veni creator. *Quo finito dicat ſacerdos.* ℣. Emitte ſpiritum. ℣. Poſt partum. ℣. Signaſti Domine: ſeruum tuum Franciſcum. ℣. Ora pro nobis beata mater Clara. ℣. Lætamini in Domino. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

DEus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da famulæ tuæ in eodem ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia: & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis: fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

FAmulos tuos quæſumus Domine beatæ Virginis tuæ Claræ votiuam memoriam recenſentes: cæleſtium gaudiorum ſua facias interuentione participes, & tui vnigeniti cohæredes.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorvm tuorum merita ſub vna tribuiſti commemoratione venerari: quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam: multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dominum noſtrum. *&c.*

℣. Dominus vobiſcum. ℣. Benedicamus Domino.

